
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 A
5

CHA
RI
TAS

VEN. P.
STEPHANI
D'ALVIN, OR-
dinis Minimo-
rum ſancti Fran-
ciſci de Paula.

DE POTESTATE
Epiſcoporum, Ab-
batum, aliorumque
Prælatorum Tra-
ctatus.

PARISIIS,
In Officina Niuelliana.



5

VEN. P. Fr.

STEPHANI D'ALVIN ORDINIS MINIMORVM SANCTI Francisci de Paula,

TRACTATVS DE POTESTATE EPISCOPORVM, ABBATVM, aliorumque Prælatorum.

In quo plurimæ Quæstiones grauissimæ & nouæ Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Confessarijsque omnibus admodum vtiles tractantur & dissoluuntur.

Editio secunda ab ipso authore, antequam vita cederet, aucta & recognita.







LVTETIAE PARISIORVM,

Ex Officina Niuelliana.

Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, via Iacobæa sub Ciconiis.

M. DCXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



REVERENDO ADMODVM IN CHRISTO PATRI P. Stephano Augerio totius Ordinis Minimorum Præposito vel (vt dicunt) Correctori Generali.



VM in aspectum lucemque ad cõmunem omnium vtilitatem prodiret, nudus tamen & inermis, qualiscumque hic labor (noster Reuerendissime Pater) sub cuius alas & præsidium protegendus confugeret, quem sibi patronum, Vindicem & Assertorem deligeret, cui denique à

me nuncuparetur, non diu fuit dubitandum, aut apud me disceptandum.

Statim siquidem occurrit mihi tua R.P. Caussæ in promptu sunt. Cum enim viginti quinque abhinc annos, vixque in ætatis meæ decimo septimo constitutus, tantum sim consequutus honorem, vt in Minimorum Sodalitio nomen dederim, humanioribus literis tantum Turonis, Lutetiæque mediocriter imbutus; & ab eo tempore ad eiusdem mammas & vbera perdulces, lacteosque Philosophiæ, Metaphysicæ, & Sacræ Theosophiæ, Moralis præsertim, riuos suxerim; Cuinam potiori iure, meliori vè titulo meorum laborum studiorumque flores, primæuos fructus, mearum lucubrationum primos fœtus, à me quidem STEPHANO *conceptos & proseminatos, quàm R. Patri* STEPHANO AVGERIO,

totius Minimitanæ Familiæ Dignissimo, ob suam singularem Humanitatem, Pietatem, & in rebus agendis Peritiam, Antistiti, Antesignano (vel vt dicunt) Correctori & Moderatori Generali, ac consectariè toti Minimorum Ordini consecrarem?

Accipe ergo (Pater R.) quod ego è Minima Minimorum Societate tibi commissa, Minimus defero munus hoc literarium Minimum, non paruæ tamẽ erga te & totum Ordinem, meæ voluntatis pignus & argumentum, aliundè etiam specialiter meritis & officijs pristinis erga me tuis, dum esses in Minoribus & Zelosi, hoc est, Procuratoris Generalis Ordinis Romæ fungebaris Officio, debitum.

Illud tua solita benignitate prosequere, tua protectione & auctoritate contra quoscunque mordaces &

blaterones Zoilos, & Æmulos protege, tuere, defende, tuo deniquè fauore commenda. Quod si feceris, non solum scripta sed multo magis scriptor ipse, assiduè Deum Opt. Max. præcabitur, vt te vniuerso nostro Minimorū Ordini diu seruet incolumem, omniumque consiliorum ac rerum tuarum cursum iubeat esse fœlicem: in perpetuum denique tibi dicatus manebit. Vale. E tuo totius tui Ordinis Celebriori Nigeonensi Cœnobio. Quinto Idus. April. 1607.

Tuæ R. Paternitatis in Christo filius
& Minimorum omnium Minimus.
Fr. STEPHANVS D'ALVIN.

MELIORIS IVDICII Lectori & ſtudioſo, Frater STEPHANVS D'ALVIN.



E aliquãdò legiſſe memini, (vir Optime) Sinopeũ illum Diogenẽ, dùm Corinthios Philippi Macedonis metu bellicis negotijs accinctos cõtẽplaretur, alioſque præparare arma, lapides alios afferre, nonnullos Mœnia reficere, & firmare propugnacula cerneret, ſuccinxiſſe veſtem, & dolium id, quo vice domus vtebatur, celeritate multa, ſtudioque vertiſſe, ac ſupra caput infraque rotaſſe. Interrogatum autem quid faceret? Reſpondiſſe; voluere ſe dolium *Ne inter tot operatores agere ſolus ocia videretur.*

Ego verò inter verſandum meas qualeſcunque ſint lucubratiunculas, interrogatus quid mihi eſſet negotij, par penè reſponſum poſſem vſurpare, dicereque; id ideo à me fieri, ne inter tot tantoſque noſtri ſæculi & temporis Literarios Operarios, ſoli Minimi agere ocia tibi viderentur: aut Comicos illos imitari milites, qui ferunt haſtas inhiantque ſilentio. Non deerunt tamen, quibus fortè noſtrum ocium & ſilentium magis placuiſſet; idque negotio præponderare arbitrabuntur, quo prçclara non depromatur vtilitas. At ſi verſatilis noſtri Dolioli conſide-

rare velint emolumenta attentiùs, noſtro ſa-
nè Operi non ſuccenſebunt: & maximè ſi te
laudatore, id nos egiſſe deprehenderint, cõ-
quieſcent. Alij, quibus verba ex Officinis,
fontibus, aut ſcrinijs Iulij Cæſaris, Catonis,
Plauti, Ciceronis, Titi Liuij, Lactantij & alio-
rum, qui linguam Latinam effinxerunt, for-
marunt, ornauerunt & locupletarunt, de-
ſumpta tantum placent; quique Periodis,
ſententijs crebris, argutijs, ſonis & concin-
nitate ſolum delectantur, illud fortè aſper-
nabuntur, quod plebeium, exile, rude & im-
politum ſit ſatis. Verùm attendant velim id
cõtigiſſe; quia vt paruum parua & pauperem
ſimplicia non autem grandia, ſic Minimum
pauperie locupletatum Minima & infucata
tantum deceant.

Fucum & Ceruſſam & Stibium vanitas
ipſa conſequitur, quæ ſi calamiſtro cincin-
nos poteſt inflectere, & ſuſpenſis etiam Ca-
liendris adulterare faciem, veram tamen &
natiuam figuram, mẽbra & lineamenta non
poteſt. Attendant etiam priſcos illos elo-
quentiæ Parentes, de Cœnobiticis aut Mo-
nachalibus negotijs, aut de beneficiarijs re-
bus aliquandò non ſcripſiſſe aut pertra-
ctaſſe, atquè ideò verba ad id, diſerta poli-
taque nobis non contuliſſe, ſed tantùm vi-
ros in vtroque iure & in Theologia morali
verſatos, qui pro maiori parte in hunc vſque
diem eruditionem potiùs, quam eloquentiã
affectarunt. Qũos cum ſæpiùs & afferre &

referre necessum esset, maluimus tibi in sua barbarie & rusticitate, quàm alienis verborũ flosculis transformatos comparere, potius eruditioni simplicium, quam eruditorum oblectationi nauantes operam; illo vsi priuilegio ab Horatio imprimis commendato decantatoque.

Licuit semperque licebit:
Signatum præsente nota, producere nomen.

Hoc est, noua effingere nomina, prout vnaquæque postulauerit materia, dummodo eruditioni possint subseruire. Quamquam sim ego in ea opinione, vt labor noster, licet non doctrina, non eloquentia lenitus, sua tamen nouitate, omnibus non mediocrem delectationem sit allaturus. Nouitas etenim, omnes, & sæpe numero etiam eos, qui palatum malè affectum habent; & quorum animi Veterum & Politorum, Eloquentiumque diuturna lectione fatiscunt, solet oblectare. Quandoquidem dietim videmus noua quanquam deteriora, vt Allia, Raphani, acida ferè omnia, gustus helluonum, qui Phasianis, Pauonibus, Hicca & Mullo marcent, irritare. Sunt autem nostra, quæ tibi communicamus, Antiquorum non comparatione, sed nostri etiam temporis Auctorum noua, vel saltem non omni ex parte similia.

Nactus forsan maius aliquandò otium, fabrè polita ad incudem, Deo duce, reuocabuntur, tuo maiori commodo atque solatio. Quamombrem si Beneuolus fueris ab æmulis illa defendito. Si verò (quod Deus

Opt. Max auertat) Maleuolus, attende rogo, facilè quidem esse aliena carpere & mordere difficile autem meliora præstare. De Episcoporum, Abbatum aliorumque Prælatorum auctoritate, cum inscriptus sit Liber, ideò tamen statim in initio de fœminis & Abbatissis tractat, vt ad perfectoria progrediens, tandem in præstantioribus Diæcesanis Regularibusque Antistitibus cõquiesceret. Aduertendum autem est in hoc opere citari Consil. Nauar. ex editione Lugdunen. An. Dom. M. D. XCI. non autem Anni. M. D. XCIV. quæ longè aliam Consiliorum distributionem & partitionem habet quàm dicta præcedens editio xci. habet. Vale.

IN LIBRVM VEN. PATRIS STEPHANI D'ALVIN Ordinis Minimorum.

Carmen Elegiacum.

INter spinosas, si languent semina vepres
Consita, si leges inter & arma silent.
Quid mirum: si tot bellorum casa flagellis
Ecce quasi in tumulo iura sepulta iacent?
Haccine nostri huius miseranda licentia sacli:
Quolibet vt liceat, quod velit omis, agat.
Si prauata quidem, sed non communia cessent
Iura, minus saltem damna nociua forent:
Proh dolor! ipsa silent ciuilia iura, sinistro
Et diuina etiam, funere muta tacent.
Muta tacent, quia spreta iacent, & fortè iacebunt:
Ni citò prouideat tot Deus ipse malis.
Hac motus ratione, PATER, reparare laboras
Non sine tot damno Publica damna tuo.
Dum Morale tuo breuiter Ius omne labore
Congestum, facile subtilitate doces.
Iustitiam redolet. Nulli nocuisse, fatebor
At prodesse alijs, Est pietatis opus.
Immò & cum propria damno prodesse salutis
Quis neget vsque socors hoc opus esse Dei?
Arma virumque canat, Qui nil nisi bellica nouit:
Dum tu pacis amans, iura Deumque canis.
I nunc ergo, tuum hunc, vt prosit, Amice, laborem
Ne pigeat precibus te cumulare tuis.

N. Iaupitre. S. Destiolles. P.

AD EVNDEM.



'Aluine ingenio polens, & arte,
Exultare tuæ vigore Mentis,
Quod raro simul, & laborioso
Enixu, videas tuos labores,
Indoctis quibus, & queas peritis
Fulgere, hinc meritò. Euge te beatum!
Tantam posteritas cui parauit
Famam, teque ideò, tuumque nomen
Extollens, ob opus labore factum,
Mens surge ardua, perge, teque tolle
Et priscos super, & super nouellos.

Bernardus Lourdel Virdunensis Medicus.

AD LIBRVM.

I *Cito, consurget tibi Docto Turba Lycæi*
Obuia: te Tyberinus auet, nutuque salutat.
Excipient Galli, nũquam dimittet Iberus.
Hæc tua prima dies: postrema, sit vltima mundi.

In cruce † spiraui.

Fr. Cyp. R. Castrodunen.

Facultas R. Patris Generalis Ordinis Minimorum.

Frater Stephanus Augerius totius Ordinis Minimorum Generalis Corrector, Dilecto nobis in Christo Patri Fratri Stephano D'Aluino Sacerdoti, salutem.

INtelleximus *Paternitatem vestram*, mensibus his elapsis, non sine magnis lucubrationibus composuisse Tractatum quemdã de Potestate Abbatum & Abbatissarum idiomate Gallico, qui à viris Doctis iudicatus est dignus, vt in lucem prodeat, eundẽ etiam Latino sermone auctiorẽ reddidisse nõ minus vtilem. *Nos itaque*, cùm nihil magis in votis habeamus, quàm publicæ vtilitati, & Religionis nostræ splendori & incremento prospicere, *Tenore præsentium* facultatem tibi præfato Patri impertimur, vt possis in publicum edere, & typis mãdare prædictum Tractatũ vtroque Sermone Latino & Gallico; modò tamen prius iudicium de illo dent admodum Reuerendi Patres Prædecessores nostri *PP. Tellerius & Hebertus* aut alij &c. in quorũ fidem præsentes subscripsimus, & sigillo Officij nostri muniuimus in hoc no. Sanctissimæ Trinitatis Monasterio Romano die 15 Mẽsis Nouẽbris 1605. Sic Signat. Fr. S. Augerius Corrector Generalis.

Theologorum Parisiensium Censura.

TRactatum doctissimum De Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum, Aliorumque Prælatorum Regularium Potestate, Auctore Venerando Patre Stephano D'Aluin Ordinis Minimorum Sancti Francisci De Paula, quilibet Catholicus magna cũ vtilitate securè legat; & quiuis Orthodoxus inoffenso decurrat pede Sic enim nos librorũ Cẽsores cẽsuimus, Parisijs Septẽb 23. An. Dom. 1606.

Æ. Cheheré Guardianus fratrum Minorum Parisiensium.

I. Richard. in S. Theolog. Professor.

IVDICIVM PATRVM
Deputatorum à R.P. Generali.

EX mandato Reuerēdi admodum Patris F.Stephani Augerij, Totius Ordinis nostri Minimorum Generalis Vigilantissimi, nos infrascripti legimus & quanta animi attētione potuimus, discussimus hunc librum, cui titulus est *De potestate Abbatum & Abbatissarum &c.* Nihilque in eo offēdimus, quod esset aut Catholicæ fidei, aut bonis moribus dissentaneum; Imo vero omnia sacris Canonibus consentanea esse comperimus; Idque summa Authoris fide & diligentia, qui velut argumentosa apis, per omnes, aut ferè omnes omnium Authorum libros, qui de Regularibus, aut conscientiæ casibus scripserunt, circonuolitans, ex vno quoque delegit illud, quod ad huius operis mellificium optimum esse iudicauit. Quamobrem dignum esse censuimus quod in lucem prodeat, ad omnium commune, eorum præsertim, qui Christi ouiculis pascendis præsunt, commodum & vtilitatem. Datum in nostro Nigeonensi Cœnobio, Cal. Martij 1607.

F. IOSEPH TELLERIVS.

F. PETRVS HEBERT.

INDEX



INDEX OMNIVM

CAPITVM PAVCIS ET ad oculum pandens, quis sit numerus, quodnam initium, ac postremò, quæ sit materia subiecta vniuscuiusque Capitis.

19. INTER EOS. *Probat Abbates de iure & consuetudine sibi eligere Confessarios: Et Priores de consuetudine: Abbatissas autem nec de iure, nec de consuetudine: Nullum Sacerdotem à Diœcesano nõ approbatũ, Sæcularium Confessiones posse excipere: Cõsuetudinem ex se & per se nõ dare facultatẽ eligẽdi Confessarium : Episcopos posse eligere aliquando Confess. non approbatos, & quando, & quomodo? fol. 220. 221. & 222.*

20. VERVM IN HAC MATERIA. *De approbatione Confessariorũ pertractat ex decreto Concilij Triden. Quod luculenter explicatur, resoluens primo, nomine Episcopi aut Ordinarij quis sit intelligendus? Quæ sit differentia inter Diœcesanum & Ordinarium, Quinam nomine ordinariorum, quibus fieri debet Confessariorũ præsentatio, sint intelligendi? Ac denique Capitula Sede vacante exponere & approbare Cõfessarios: Vt & Abbates Episcopalẽ Potestatẽ habẽtes in suis territorijs. f. 231. 232*

21. DIVERSAM ESSE. *Constat de Cœnobiarchis tã Regularibus, quam Fiduciarijs siue Commẽdatarijs: Quibus temporibus, & ad quid Cõmendæ fuerint institutæ in Ecclesia & in Gallia? Et quæ vtrique, & Infulati siue Lituati tantũ præstare valeãt? Siue exempti, siue non exẽpti fuerint: Quid sit exẽptio, & quot exemptionum species? Estque hoc caput omnino notandum. Vid. fol. 239. 240. 241.*

22. OMNES INSVPER. *Quando & quomodo peregrini Regulares & Sæculares Confessarios eligant, manifestat. A quibus per eos possint absolui? Quãdo & quomodo & à quib⁹ Episcopi Aduenas*

TRACTA-

14



TRACTATVS DE POTESTATE EPISCOPORVM, ABBATVM, Abbatissarum, & Prælatorum Regularium.

Auctore venerab. patre F. Stephano d'Aluin.

Capvt primvm.

SVMMÆ.

Controuertitur numero.

1 *An fœmina sit capax iurisdictionis tēporalis? quod affirmatiuè resoluitur.*

2 *An possit fœmina iurisdictionem spiritualem exercere.*

3 *An & quomodo teneantur Monachæ parere suis Abbatissis, præsertim ex Francisco à Victoria, qui sequentibus cap. refellitur.*



SCRIPSIT aliquando Aristoteles [a] corruptionem esse Reipublicæ, si Principatus, & administrationes, ad fœminam de-

[a] 1. Politicorum.

ueniant. Vnde, non absque aliqua ratione, quidam dubitauére, alij verò prorsus negauére, fœminam iurisdictionis alicuius esse capacem.

1. At proculdubiò, si de potestate merè temporali agatur, omnium, aut saltem communior Doctorum iuris Pontificij, Cæsareique, iam obtinuit sententia, mulierem succedentem in dignitate (vt in regno, ducatu, comitatu, aut alio quouis temporali Dominio) tùm, iurisdictionem consequi, sicque virili officio rité fungi posse; denique etiam per seipsam iurisdictionalia (vt loquuntur) administrare. Inter cæteros autem, videas Felinum, Panormitanum,[b] & Angel. [c]de Arctio qui dicit, se vidisse Reginam quandam Ioannam, sedentem in solio regali, & ferentem sententiam capitalem, contra illos de Balso.

b In cap. Dilect. de major & obed.

c in rep. l. Eã quam. cod. de fideicom. & in l. fœmina ff. de Reg. iuris & in l cũ prætor ff. de iudic.

Fœmina ad extrema supplicia damnare potest reũ sibi subditũ, estque ideo indubiè iurisdictionis temporalis capax.

Quis quæso non videat, mulieres Dynastias, & dominia habentes Ecclesiastica, vel sæcularia, aut per seipsas, aut per officiales à se saltem deputatos, nedum ad pœnas mulctasque temporarias, verũ etiam ad extrema interdum supplicia, sub-

ditos in ſuis terris criminoſos aut delinquentes, ſuo nomine adigere? Eſt igitur (quicquid ſentiat Ariſtoteles) fœmina iuriſdictionis temporalis capax, ſaltem de conſuetudine ex Pontificio Cæſareoque Iure.

2. Dubitatur tamen maximè, omninoque inter Theologos ipſos & Iureconſultos controuertitur: An mulier poteſtatem aliquam Eccleſiaſticã habere poſſit? Negatiuam ſanè prorſus amplectitur, omnibuſque rationibus comprobare nititur Franciſcus à Victoria [l] noſtri ſæculi doctiſſimus clariſſimuſque Theologus. Habenti enim iuriſdictionem, licitùm eſt loqui, docere, interrogare, dominari: mulieres autem in Eccleſia taceant (ait Paulus) non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. Si quid autem volunt diſcere, domi viros interrogent: turpe ſiquidem eſt mulieri in Eccleſia loqui. Et ne quis putet eſſe hoc Pauli, non autem *Iuris diuini* præceptum, adiunxit: ſi quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata. Et iterum: [m] Mulier in

l Relect. 2. de poteſt. Eccleſia.

1. Cor. 14

m 1. ad Timo

silentio discat cum omni subjectione; docere enim mulieri non permitto, *Nec dominari in virum*, sed esse in silentio. Ita etiam fuit constitutum in Concilio Carthaginensi, vt refertur. 23. dist. Ca. Mulieres. D. etiam Ambrosius in eâdem est sententia, vt videre est. 33. q. 5. Ca. Mulieres. Item Dominus nullam potestatem legitur commisisse mulieri sanctissimæ, simul & sapientissimæ matri, vt patet in cœna, & post resurrectionem.

Tantum equidem abest, vt committatur fœminæ quòd præsit viris, quin-potiùs, ad subjectionem viri condemnetur, Geneseos 3. vbi habetur, *sub viri potestate eris.* Denique, quod plus mouet Doctorem citatum, illud est, quod in tam longa annorum serie, in tanta copia optimarum, & sapientissimarum fœminarum, Ecclesia nunquam tentauerit, ad potestatem aut ministerium Ecclesiasticum aliquam assumere. Vnde fit, vt specialiùs ad fœminas, etiàm Deo sacratas & sanctimoniales descendens, hanc intrepidè conclusionem ponat. Abbatissæ, & aliæ Monasteriorum matres,

& Virginum Deo dicatarum, nullam habent poteſtatem ſpiritualem. Probatur (ait) quia tota poteſtas ſpiritualis ortum habet à clauibus, mulier autem eſt incapax clauium (claues enim ſunt propriè ſacerdotum) iuriſdictionem igitur Eccleſiaſticam, aut ſpiritualem habere non poteſt. Hoc confirmatur: quia non ſunt pejoris conditionis Religioſi Profeſſi non clerici, quàm Religioſæ fœminæ; at Religioſo qui clericus non eſt, ſpiritualis iuriſdictio nō committitur: multò minus ergo fœminæ cuicunque committi poteſt. Rurſus, non poteſt fœmina abſoluere: ergo nec ligare; nam ad eandem ſpectat vtrumque poteſtatem. Præterea, quicunque habet iuriſdictionem extra forum pœnitentiæ, „poteſt excommunicare (omnis enim „iudex habet vim coactiuam) hoc „verò non poteſt fœmina. Addiderim ego quod ad claues tùm ordinis, tùm iuriſdictionis, neceſſaria ſit clauis ſcientiæ, ſine qua vtraque ſæpe-ſæpius errare poteſt: at verò ſcientia ſpiritualis, ad fœminam non ſpectat; non poteſt ergo iudicare de ſpiritualibus.

Fundamentum ſpiritualis poteſtatis ſunt claues.

Hac ratio eluitur capite 3. verſ. finem Num. 12. & 13.

Esset enim periculosissimum committere salutem spiritualem animarum ei, qui iudicare non possit (nisi accidentariè) quid expediat, quidue noceat animarum incolumitati. Ex quibus, Victoria vult sequi, quòd Abbatissæ, cæteræque Monialium Præfectæ ac Moderatrices, non possunt aliquid mandare in forma præcepti; putà, in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub præcepto; nec si fiat, factum tenet (ait) ita quòd obliget tanquam præceptum Episcopi, Abba. aut Prioris. Esset enim absurdum committere eis huiusmodi potestatem, quæ magnam eruditionem exigit, ad discernendum, quæ materia sit digna tali censura, vel qualis sit huiusmodi obligatio. Imò, nec possent intelligere quis transgressus esset tale suum præceptum: quod quidem perperàm aliquando, & contra iuris charitatisque ordinem factum posset „ cum legitimis tergiuersationibus „ interdum declinari; quùm præcipienti superiori, etiam in virtute „ obedientiæ, non omnis subditus,

Mandare in forma præcepti, nõ potest fœmina si Francisco à Victoria credamus, & fratri Ema. Roderico tom. 1. quæst. Regular. q. 15. art. 1 fol. 91. col. 2.

„ semper, & vbique, & statim ob-
„ temperare teneatur.

3. Quod si forte quis quærat, an & quomodo Monachæ teneantur suis obedire Abbatissis? Respondet idem. *Primò*, eas ad obedientiam quidem teneri, sed ratione suæ regulæ, vbi cõtinetur obedientia Abbatissæ. *Secundò*, easdem teneri præceptis præpositæ, ad modum quo filij-familias tenentur obedire parentibus; peccant enim transgressores præceptorum suorum parentum: nec tamen parentes habent iurisdictionem spiritualem. Et tandem taliter suæ Cœnobiarchæ mandatis deuinctæ remanent, qualiter suæ statutis regulæ, quæ speciale præceptum non habent: Vel dico (ait) quod nolle absolutè obedire Abbatissæ, mortale peccatum est; non potest tamen Abbatissa noua condere præcepta, id est vltra regulam.

Regulares ipsi non etiã tenentur ad obedientiam nisi ratione regulæ: vnde superiori præcipienti præter, aut contra regulam obedire non tenentur, ex D. *Thoma* 22. *q*. 104. *art*. 5. *Neque verò id etiam possunt Abbates & Prælati regulares cùm Monachi obedientiam voueant secundũ, & nõ præter aut cõtra suam Regulam.*

CAPVT SECVNDVM.

SVMMÆ.

1. *Omnis potestas Ecclesiastica in duabus clauibus ordinis & iurisdictionis posita.*
2. *Cuius clauis sit capax fœmina; an ordinis aut iurisdictionis?*
3. *Sit nè iurisdictio Abbatissarum ordinaria an verò delegata? primò ex Theologis: secundò ex Canonistis.*
4. *Quæ sit eiusdem auctoritas & iurisdictio in suos clericos sæculares?*
5. *Rursus ex Panormitano, sit ne potestas Abbatissarum ordinaria aut delegata?*
6. *Dispositio rerum Monasterij per Abbatissas sine assensu sui capituli nulla: vnde reprehenduntur Abbatissæ etiam diplomata habentes Apostolica, grauia quæque suis contemptis capitulis pertractantes.*
7. *Concluditur ex Panormitano Abbatissam habere iurisdictionem ordinariam, vt Abbas habet.*
8. *Non solum Abbates sed etiam Priores claustrales & multo magis Priores conuentuales habent iurisdictionem ordinariam.*
9. *Quibus in rebus dictorum Priorum claustralium consistat auctoritas.*
10. *Quæ propriè ad Abbates spectent.*
11. *Episcopi eiusque Vicarij idem est tribunal, & eâdem auctoritas.*

Concluditur ex dictis, Abbatissas & Priorissas, etiam claustrales, in suas Moniales habere iurisdictionem ordinariam etiam delegabilem.

1. SEd vt clarior nostra progrediatur oratio, susceptaque materia cum meliori expediatur tractetúrque methodo; considerandum hoc in loco, omnes Patres docere, Catholicosque credere, omnem potestatem Ecclesiasticam in duabus clauibus positam esse: nimirum, in ea quam dicunt ordinis, & in claui iurisdictionis.

2. Apud omnes, illud ratum & indubitatum habetur, ex ipso iure diuino, fœminam clauis ordinis esse prorsus incapacem: at in claui iurisdictionis, hæsitant, pugnantque non parũ Theologi, præsertim cum Canonistis, & Iureconsultis, vt dictum est.[a]

Et cùm Franciscus à Victoria, relectione citata, atque vt ex antedictis patet, nedum à claui ordinis, sed etiam à potestate ecclesiastica iurisdictionis, omninò excludat fœminam, videndum, quid de hac re sentiant, qui illum præcessêre, quique eundem sequuti sunt Theologi.

[a] Superiori capite num. 2.

Opinio Theologorum.

3. Sanè D. Thomas,[b] Paludanus,[c] Durandus,[d] Syluester,[e] Dominicus Soto,[f] permultique alij, quos superuacaneum alioqui esset ad longum recensere, Abbatissis clauem siue potestatem Ecclesiasticam jurisdictionis denegant ordinariam, delegatam tamen à Papa, & à iure positiuo concedunt eisdem, & ex commissione, & ratione suæ dignitatis atque officij, vsum quendam jurisdictionis. Quanquam enim ex jure diuino, vir sit caput mulieris; quia tamen non nisi cum scandalo & periculo viri cum fœminis Deo sacratis, etiam ad eas moderandas, cohabitare possent, absurdum profectò esset & inconueniens, si à Papa, à jure, & à Prælatis seu superioribus, & constitutionibus ordinum, nulla censeretur delegata & commissa potestas, & jurisdictio præfectis Monialium, per quam illas moderari, & in suo continere officio valeant. Et hæc quidem est communior Theologorum præsertim Scholasticorum opinio.

b *In 4. dist. 19. q. 1. a. & q. 3. ad. 4. itē dist. 25. q. 2. art. 1. & q. 1. ad 2.*
c *in 4. dist. 19 q. 1. art. 1.*
d *ibidem.*
e *Verb. Abbatissa Nū. 1.*
f *in 4. dist. 10. q. 1. art. 4. pag. 881. & dist. 25. q. 1. ar. 2. vide & Roderi. quæst. regular. tom. 1. q 15. art. 1. pag. 91. col. 2.*

Opinio Canonistarū.

At verò aliter sentiunt Canonistæ, volunt enim vt prælaturæ dignitas,

officiorumque pæstantia, fœminis Ecclesiasticis iurisdictionem spiritualem, & Ecclesiasticam ordinariam tribuat; qua iure non tãtum delegato & commisso, sed ordinario fungãtur, & vti valeãt in suas præsertim Moniales.

Quod colligunt ex capite *Dilecta*, g vbi ita habetur ex Papa Honorio III. Abbati Sancti Michaëlis Abradensis diæcesis. *Dilecta in Christo filia Abbatissa de Bubrigen. (aliàs Neburg. aliàs Quedeburg.) transmissa nobis petitione monstrauit, quod cùm ipsa plerúmque canonicas suas & clericos* suæ iurisdictioni subiectos *propter inobedientias, & culpas eorum, officio beneficióque suspendat, iidem confisi ex eo, quòd eadem Abbatissa excommunicare eos non posset, suspensione huiusmodi non obseruãt, propter quod ipsorum excessus remanent incorrecti. Quocirca mandamus, quatenus dictas canonicas & clericos, vt Abbatissæ præfatæ obedientiam, & reuerentiam debitam impendentes, eius salubria monita & mandata obseruẽt, Ecclesiastica censurâ compellas;* Hactenùs Honorius tertius. Ergo ex iure huius capitis, Abbatissa iurisdi-

g Extr. titulo de maior. & obed.

ctionem Ecclesiasticam habere potest, cui obedientiam & reuerentiam exhiberi & deferri præcipit Pontifex: Vnde, meritò Panormitanus notat ex citato textu, quod [h] Abbatissa est capax iurisdictionis spiritualis, & quod iurisdictionem ipsam exercere potest in suas Moniales.*

4. In clericos autem sæculares, nō simpliciter, sed de iure speciali, vt nimirum, si habeat Ecclesias aut capellas ex priuilegio exemptionis Apostolico, vel præscriptione, pleno iure subjectas; hinc enim (ait dictus Panormit.) clerici illarum capellarum sibi subijciuntur. Quid sit autem Ecclesiam habere pleno iure subjectam, inferiùs explicabimus. Imò arbitratur idem & eodem loco,* Abbatissam posse inuocare auxilium brachij sæcularis in exercenda [k] iurisdictione sibi cōpetente; quod (meo iudicio) intelligendum est, si primò ad superiorem Ecclesiasticum prouocauerit, eiusdemque fide & præsidio vsa fuerit.

5. Non explicat autem expresse, an huiusmodi Ecclesiastica iurisdictio, cuius Abbatissas capaces affirmat, sit

h in dictum cap. Dilecta.

** Petrus Gregori' lib. 47. Syntagm. iuris cap. 11. n. 6. scribit permitti & Abbatissa iudicare inter suas Virgines de his quæ ad regulam pertinent, & inter eos qui sunt sua iurisdictionis per cap. Dilecta.*

** Attende quod hic dicitur de inuocatione brachij sacularis aut alterius iudicis, vt competat, non solum habenti ordinariam de iure communi, sed etiã dicitur in delegato. Hac Felinus in cap. Dilecta.*

delegata, an ordinaria. Delegatam equidem ex eo videtur dicere, quòd dicat Abbatiſſas poſſe habere ſub ſe clericos ſæculares (intellige, ait, de iure ſpeciali: Hoc eſt mea ſententia, non cõmuni & ordinario) at illam ordinariam, videtur reddere in cap. *Continebatur*. Ibi enim, num. 4. habet expreſſè Abbatiſſam habere liberam adminiſtrationem ſui Monaſterij, vt Abbas habet; ita tamen quod quemadmodum ad validitatem conceſſionis per eum fiendæ, debet interuenire conſenſus ſui capituli; ita per Abbatiſſam, & Moniales ſuas, hoc eſt, capitulum ſuum (nonobſtante, ait, ſexu fœmineo) debent diſponi res Monaſterij.

k *Ex. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſ. cap.*

Diſpoſitio rerum Monaſterij per Abbatiſſam, nulla, niſi de ſcientia & conſenſu capituli.

6. Ex quo intelligitur, quàm fruſtratoriè ſuam auctoritatem exerceant Abbatiſſæ pleræque, quæ permulta grauia, & ſæpè grauiora quæque ſine conſilio, aſſenſu, aut conſenſu ſuorum capitulorum & Monialium pertractant, & tranſigunt (contra quas, omnium patrum militat ſententia, & totus Decretalium titulus, *de ijs, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capituli* clamat)

delusæ quibusdam clausulis suarum Pontificalium prouisionum, quas cùm malè capiant & intelligant, indè non mediocriter sua iurisdictione abutuntur.

7. Sed vt vnde digressa est nostra oratio, eò redeat, dicendum videtur; quod cùm ex iurisdictione ordinaria, Abbas Monasterium administret, & ei in administratione libera exæquetur Abbatissa, eam (ex Panorm.) habere, quemadmodum habet Abbas, ordinariam iurisdictionem.

8. Neq; verò soli Abbæ ordinariam potestatẽ habere dicendi sunt ex Iureconsultis, verũ etiã & Priores claustrales. quod luculẽter sanè, & disertè nostris diebus scripsit, & comprobauit doctus Victorinus Mansus Auersanus, monachus Cassinensis, Abbas Sancti Seuerini Neapolis.[k]

k cap. 2. de modo & ordine procedẽdi in caussis regular. n 4.

An verò (ait) cœnobiorum præpositi (qui vulgo Priores claustrales nuncupantur) authoritatem ordinariam habeant, sunt qui dubitant: Ego verò id nulla indigere declaratione existimo, latiùs autem de re tali loqui, non iudico vtilitate vacare. Primum

igitur ſcire oportet, quæ Præpoſitus, aut Prior, aut quilibet proximè ad ſuperiorem Prælatum accedens (Vicarium nonnulli vocant) exequitur, bipartita eſſe.

Nam quædam proprio munere agit; quædam verò vt Prelati ſucceſſor proximus. Agamus cum noſtris exemplis, Aiunt patres noſtri.

Quibus in rebus cõſiſtat Priorũ clauſtralium & Priorisſarum (paucis exceptis) auctoritas.

9. Declaramus, ad officium Prioris clauſtralis, & Decanorum pertinet eſſe ſolicitos, quòd Regularis obſeruantia teneatur in Monaſterio, audiãt fratrum Confeſſiones, viſitent officinas Monaſterij horis competentibus, corrigant fratrum exceſſus, niſi notabiles fuerint, reſeruandíque Prælato; habeant rationem, vt cæremoniæ congregationis, & ordinata per capitulum, ſeu per Prælatum obſeruentur &c.

Ex quibus colligitur ea omnia iure quodam, & ex familiæ noſtræ legibus ad Priorem clauſtralem pertinere; quocirca in ijs habere Priorem clauſtralem ordinariam authoritatem, rectè dixeris.

10. Cætera verò, vt fratrum grauiores

errores corrigere, & à reseruatis absoluere, ac demùm ea omnia, quæ ad contentiosum forum (vt aiunt) spectant, vt excommunicatio, ab eadem absolutio, & id genus, de quibus cùm Abbas, aut Prælatus absit, controuersia est; ita decerno. Cùm prælatus à cœnobio abest, vt commodè munus suum per seipsum præstarè non possit; tàm contensiosi fori, quàm secreti, illicò præposito comparatur auctoritas.[l] Doctores enim putant hac in re plurimum esse tribuendum consuetudini: Atqui mos est inter nos, vt simul ac Prælatus cœnobio demigrauerit, Prior claustralis, nisi quicquam aliud iubeatur, perfectam in omnibus suscipiat auctoritatem: meritò ergo absente Prælato (ex consuetudine saltem) ordinarius erit iudex: quod quidem grauiter & dilucidè astruitur à Petro Follerio, in sua practica criminali, parte vltima.

l Specula. in tit. de offic. ordin. §. cōst. per tex. in c. Duo extra eod. tit. Abbas in tractatu de forma procedendi per tex. in cap. irrefragabili eod tit. & in cap. cum cōtingat de for. compet.

II. Eò pertinet, quòd vt ipsius Episcopi, ac sui Vicarij, cùm idem sit tribunal, non diuersa facultas à doctoribus censetur, vt Speculator[m] docet; quibus ratione quadam similes sunt, Abbas,

m In tit. de off. ord. §. I. n 2. arg. tex. in

bas, & Prior, vt vult Syluester: ambo enim, ea quæ ad regulam ſpectant, curare ſtudent; tametſi primas in ijs partes Prælatus meritò exerceat, proximas autem Prior, cæteri autem ordine ſuo. Adde etiam, fas non eſſe, cœnobium Abbatis abſentia proprio moderatore deſtitui, cùm multi poſſint occurrere euentus repentini, vt Abbatis præſentiam expectare magno incommodo eſſet.

cap. Romana in princip. de appellat. lib. 6. & tex. in leg. cũ Prator. §. 1. ff. de Indic. declarat.

n Verbo Vicarius Num. 4.

Quibus hoc ordine digeſtis, tota ambiguitatis ratio ceſſat, eorum, qui arbitrantur Prælato abſente, quanquam à reſeruatis Prior clauſtralis ſua auctoritate Monachos abſoluere per ſe queat, minimè tamen alijs eandem impertiri valeat: cùm peruulgatum ſit illud: Delegatus non poteſt alium delegare.[o] Nam vt ſi Prælatus è viuis excedat, aut ad comitia generalia pergat, ex inſtitutis noſtris [p] intelligitur, auctoritatem ordinariam Priorem obtinere. Quæ etiam indulto Apoſtolico Alexandri VI. anno 1501. eo inſtituto rata ſunt, & vim habent, ac ſi eſſent ſanctiones Pontificiæ.[q] Itaque, cùm vices ſuas alteri

Prior clauſtralis abſẽte Abbate poteſt à caſibus reſeruatis abſoluere.

o Cap. ſuper quaſtionẽ de off. deleg.

p Cap. 65.

q Vt cap. ſi Apoſtolica de Præbend. in 6.

committit, rectè fit, vt notatur per Ioan. Andream, Butrium, & Abbatem; [r] quamuis pari modo, quia ex consuetudine, authoritas Prioris, Abbate absente, ordinaria censeatur, poterit vices suas alteri demandare, si quid est de ijs quæ ad regulam spectant, vt eruditè animaduertit Innocentius. [s]

r In cap. fina. de off. ord.

s In cap. Quanto de off. ord.

Delegata verò auctoritas Prælati, mandatur viua voce, aut literis alicui imposita comparatur. Hæc ex citatis authoribus & prædicto Victorino Manso.

12. Ex quibus facile rité concludi posse videtur, & Abbatissas & Priores Priorissasque claustrales. ex quodam iure, & ex institutis Reguláque Sancti Benedicti (à qua reliquæ fermè omnes posteriores desumptæ sunt) vt ex consuetudine, auctoritatem ac potestatem in suos suásque habere ordinariam, & subdelegabilem, non autem delegatam simpliciter. Et quidem vnam tantum Regulam pro viris, non autem vnam pro viris, alteram autem specialem instituisse pro fæminis Beatum Benedictum constantissimum

eſt, licet ſuo tempore eſſent iam Moniales ſui inſtituti, vt patet ex Beata Scholaſtica, quæ pro Moniali & Abbatiſſa colitur. Vnde meritò colligi poteſt, eius mentem intentionemque fuiſſe, vt omnia per eum in ſua Regula ſancita, pro maſculis, Abbatibus, & Monachis, transferrentur & intelligerentur etiam ſtatuta pro Abbatiſſis & Monialibus, exceptis tantùm ijs, quæ à claui ordinis proficiſcerentur & dimanarent. Quod in hunc vſque diem & fit, & factum eſt.

CAPVT TERTIVM.

SVMMÆ.

1. *Libera Abbatiſſarum adminiſtratio & auctoritas, attendenda tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus, quia à iure & Doctoribus æquiparetur Abbatiſſa Abbati, in ſua adminiſtratione.*

2. *Correctio Monachorum & Monialium, principaliter ſpectat ad* Abbates *&* Abbatiſſas.

3. *Canones ſimpliciter loquentes extenduntur*

etiam ad Regulares vtriusque sexus, possuntque corrigi non solum secundum Regulam suam, sed etiam secundum illos.

4. Dispositum iuris in Abbatibus & Monachis, extenditur etiam ad Abbatissas & Moniales, quoad res illis congruentes.

5. Ex iure tàm antiquo quàm nouo Concilij Triden. Abbates & Abbatissæ non exemp. & visitatores à capitulis generalibus aut Prouincialibus non habentes, possunt corrigi & deponi per Episcopum Diæcesanum.

6. Abbates & Abbatissæ exemptæ nullos superiores aut visitatores regulares habentes, possunt per Diæcesanum, vt delegatum Apostolicum, corrigi, qui tamen eorum depositionem summo Pontifici reseruare tenetur.

7. Cap. nonum Concilij Sess. 25. de reforma. nullam tribuit Episcopis iurisdictionem in Monast. Monialium immediatè Sanct. Sed. Apostol. subiect. nisi tantum in concernentibus spiritualia ex Congrega. Cardinali.

8. Abbatissæ & Priorissæ habent iurisdictionem tàm spiritualem quàm temporalem quoad ea tantum, quorum est fœmina capax, & non quo ad ea omnia, quæ ab ordine Sacro dependent.

9. Tandem ipse à Victoria fatetur Moniales & fæ-

minas, posse habere aliquam iurisdictionem ex dispositione iuris positiui, quæ tamen non plus illi tribuat quàm laicis, quod reijcitur.

10. *Abbatissa habet prælaturam & dignitatem cum administratione: ius visitationis etiam extra, quod committere potest: nulla autem talis dignitas Ecclesiastica sine iurisdictione, cuius merè laici sunt incapaces: habet ergo contra Francis. à Victoria, maiorem auctoritatem à iure positiuo quàm merè laicus.*

11. *Sunt duæ laicorum species: sæculares & regulares, qui apud quosdam fiunt superiores, & tùm possunt reseruare alicui subdito casus occur. excommunicare, & ab excom. etiam per se absoluere.*

12. *Quid sit excommunicatio, & à qua claui dependeat, ex D. Thoma.*

13. *Possunt Abbatissæ per Sacerdotem sibi subditum, Moniales interdum excommunicare & absoluere, & quo iure.*

1. ET ne fortè Panormitanum superiori proximo capite allegatum, de libera administratione temporali tantum in Abbatissa intelligendum quis asseueret, non autem de temporali & spirituali simul, videat



velim, consíderetque attentiùs caput vltimum *De statu Monachorum.* In eo enim statuitur per Honorium Papam III. de correctione Abbatum, de correctione monachorum, visitatorum ipsorum, de secularibus clericis in monasteriis beneficiatis, & ab eo tempore non beneficiandis, ac tandem expressè extenditur constitutio, ad Moniales per hæc verba: *Hæc autem omnia etiam in Monasterijs, quæ non habent Abbates proprios, sed Priores: necnon in Monasterijs Monialium quoad articulos Abbatissis & Monialibus congruentes præcipimus obseruari.* In quo capite & constitutione, cùm expressè agatur de administratione tàm spirituali quàm temporali, tam Abbatum quàm Abbatissarum, per istam extensionem adductam, equiparatur vtique Abbatissa Abbati, in administratione sui Monasterij tā spirituali quàm temporali; ac consectariè in claui, non ordinis, sed iurisdictionis spiritualis, & in ijs quæ Monialibus possūt cōgruere.

Abbatissa æquiparatur Abbati in multis.

2. Super dictam verò constitutionem, cum Panormitano tria obseruare possumus. *Primum*, correctionem

Monachorum & Monialium, spectare principaliter ad Abbatem, & Abbatissam.

3. *Secundum*, quod Monachi & Monachæ possunt corrigi, non solùm iuxta suam regulam, sed etiam secundum „ sacros canones; *Canones ergò simpliciter loquentes, extenduntur etiam ad religiosos.* — *Notanda obseruatio pro regularibus.*

4. *Tertium*, quod dispositum in Monachis & Abbatibus, extenditur ad Abbatissas & Moniales in illis congruentibus tantùm; At quod disponitur in Abbatissis & Monialibus, non „ habet locum in masculis. *Masculinum enim concipit fœmininum in fauorabilibus, non autem in odiosis: at fœmininum, non concipit masculinum in iuris dispositionibus.* Vnde, vt Monachus potest intrare Monasterium arctius, ita etiam affirmat id Monialem posse idem Panorm. in hanc ipsam constitut.[a] — *Notā.*

a *Ex. tex. & gloss. cap. Monachis. 2. q. 4.*

5. Obseruandum insuper hoc in loco, & ex præfatis constitutione & Panormitano, & ex variis iuribus aliis, tàm antiquis, quàm etiam sacri Concilij Tridentini, Abbates & Ab-

delusæ quibusdam clausulis suarum Pontificalium prouisionum, quas cùm malè capiant & intelligant, indè non mediocriter sua iurisdictione abutuntur.

7. Sed vt vnde digressa est nostra oratio, eò redeat, dicendum videtur; quod cùm ex iurisdictione ordinaria, Abbas Monasterium administret, & ei in administratione libera exæquetur Abbatissa, eam (ex Panorm.) habere, quemadmodum habet Abbas, ordinariam iurisdictionem.

8. Neq; verò soli Abbæ ordinariam potestatē habere dicendi sunt ex Iureconsultis, verū etiā & Priores claustrales. Quod luculēter sanè, & disertè nostris diebus scripsit, & comprobauit doctus Victorinus Mansus Auersanus, monachus Cassinensis, Abbas Sancti Seuerini Neapolis.[k]

k cap. 2. de modo & ordine procedēdi in caussis regular. n 4.

An verò (ait) cœnobiorum præpositi (qui vulgo Priores claustrales nuncupantur) authoritatem ordinariam habeant, sunt qui dubitant: Ego verò id nulla indigere declaratione existimo, latiùs autem de re tali loqui, non iudico vtilitate vacare. Primum

igitur ſcire oportet, quæ Præpoſitus, aut Prior, aut quilibet proximè ad ſuperiorem Prælatum accedens (Vicarium nonnulli vocant) exequitur, bipartita eſſe.

Nam quædam proprio munere agit; quædam verò vt Prelati ſucceſſor proximus. Agamus cum noſtris exemplis, Aiunt patres noſtri.

Quibus in rebus cõſiſtat Priorũ clauſtralium & Priorißarum (paucis exceptis) auctoritas.

9. Declaramus, ad officium Prioris clauſtralis, & Decanorum pertinet eſſe ſolicitos, quòd Regularis obſeruantia teneatur in Monaſterio, audiãt fratrum Confeſſiones, viſitent officinas Monaſterij horis competentibus, corrigant fratrum exceſſus, niſi notabiles fuerint, reſeruandíque Prælato; habeant rationem, vt cæremoniæ congregationis, & ordinata per capitulum, ſeu per Prælatum obſeruentur &c.

Ex quibus colligitur ea omnia iure quodam, & ex familiæ noſtræ legibus ad Priorem clauſtralem pertinere; quocirca in ijs habere Priorem clauſtralem ordinariam authoritatem, rectè dixeris.

10. Cætera verò, vt fratrum grauiores

errores corrigere, & à reseruatis absoluere, ac demùm ea omnia, quæ ad contentiosum forum (vt aiunt) spectant, vt excommunicatio, ab eadem absolutio, & id genus, de quibus cùm Abbas, aut Prælatus absit, controuersia est; ita decerno. Cùm prælatus à cænobio abest, vt commodè munus suum per seipsum præstarè non possit; tàm contensiosi fori, quàm secreti, illicò præposito comparatur auctoritas.[l] Doctores enim putant hac in re plurimum esse tribuendum consuetudini: Atqui mos est inter nos, vt simul ac Prælatus cœnobio demigrauerit, Prior claustralis, nisi quicquam aliud iubeatur, perfectam in omnibus suscipiat auctoritatem: meritò ergo absente Prælato (ex consuetudine saltem) ordinarius erit iudex: quod quidem grauiter & dilucidè astruitur à Petro Follerio, in sua practica criminali, parte vltima.

l *Specula. in tit. de offic. ordin. §. cōst. per tex. in c. Duo extra eod. tit. Abbas in tractatu de forma procedendi per tex. in cap. irrefragabili eod tit. & in cap. cum cōtingat de for. compet.*

11. Eò pertinet, quòd vt ipsius Episcopi, ac sui Vicarij, cùm idem sit tribunal, non diuersa facultas à doctoribus censetur, vt Speculator[m] docet; quibus ratione quadam similes sunt, Ab-

m *In tit. de off. ord. §. 1. n 2. arg. tex. in*

bas,

bas, & Prior, vt vult Syluester: ambo enim, ea quæ ad regulam spectant, curare student; tametsi primas in ijs partes Prælatus meritò exerceat, proximas autem Prior, cæteri autem ordine suo. Adde etiam, fas non esse, cœnobium Abbatis absentia proprio moderatore destitui, cùm multi possint occurrere euentus repentini, vt Abbatis præsentiam expectare magno incommodo esset.

cap. Romana in princip. de appellat. lib. 6. & tex. in leg. cū Prator. §. 1. ff. de Iudic. declarat. n Verbo Vicarius Num. 4.

Quibus hoc ordine digestis, tota ambiguitatis ratio cessat, eorum, qui arbitrantur Prælato absente, quanquam à reseruatis Prior claustralis sua auctoritate Monachos absoluere per se queat, minimè tamen alijs eandem impertiri valeat: cùm peruulgatum sit illud: Delegatus non potest alium delegare.[o] Nam vt si Prælatus è viuis excedat, aut ad comitia generalia pergat, ex institutis nostris [p] intelligitur, auctoritatem ordinariam Priorem obtinere. Quæ etiam indulto Apostolico Alexandri VI. anno 1501. eo instituto rata sunt, & vim habent, ac si essent sanctiones Pontificiæ.[q] Itaque, cùm vices suas alteri

Prior claustralis absēte Abbate potest à casibus reseruatis absoluere.

o Cap. super quæstionē de off. deleg.

p Cap. 65.

q Vt cap. si Apostolica de Præbend. in 6.

committit, rectè fit, vt notatur per Ioan. Andream, Butrium, & Abbatem; [r] quamuis pari modo, quia ex consuetudine, authoritas Prioris, Abbate absente, ordinaria censeatur, poterit vices suas alteri demandare, si quid est de ijs quæ ad regulam spectant, vt eruditè animaduertit Innocentius. [s]

r In cap. fina. de off. ord.

s In cap. Quanto de off. ord.

Delegata verò auctoritas Prælati, mandatur viua voce, aut literis alicui imposita comparatur. Hæc ex citatis authoribus & prædicto Victorino Manso.

12. Ex quibus facile ritè concludi posse videtur, & Abbatissas & Priores Priorissásque claustrales. ex quodam iure, & ex institutis Reguláque Sancti Benedicti (à qua reliquæ fermè omnes posteriores desumptæ sunt) vt ex consuetudine, auctoritatem ac potestatem in suos suásque habere ordinariam, & subdelegabilem, non autem delegatam simpliciter. Et quidem vnam tantum Regulam pro viris, non autem vnam pro viris, alteram autem specialem instituisse pro fæminis Beatum Benedictum constantissimum

est, licet suo tempore essent iam Moniales sui instituti, vt patet ex Beata Scholastica, quæ pro Moniali & Abbatissa colitur. Vnde meritò colligi potest, eius mentem intentionemque fuisse, vt omnia per eum in sua Regula sancita, pro masculis, Abbatibus, & Monachis, transferrentur & intelligerentur etiam statuta pro Abbatissis & Monialibus, exceptis tantùm ijs, quæ à claui ordinis proficiscerentur & dimanarent. Quod in hunc vsque diem & fit, & factum est.

Capvt tertivm.

Svmmæ.

1. *Libera Abbatissarum administratio & auctoritas, attendenda tàm in spiritualibus quàm in temporalibus, quia à iure & Doctoribus æquiparetur Abbatissa Abbati, in sua administratione.*

2. *Correctio Monachorum & Monialium, principaliter spectat ad* Abbates *&* Abbatissas.

3. *Canones simpliciter loquentes extenduntur*

etiam ad Regulares vtriusque sexus, possuntque corrigi non solum secundum Regulam suam, sed etiam secundum illos.

4. Dispositum iuris in Abbatibus & Monachis, extenditur etiam ad Abbatissas & Moniales, quoad res illis congruentes.

5. Ex iure tàm antiquo quàm nouo Concilij Triden. Abbates & Abbatissæ non exemp. & visitatores à capitulis generalibus aut Prouincialibus non habentes, possunt corrigi & deponi per Episcopum Diœcesanum.

6. Abbates & Abbatissæ exemptæ nullos superiores aut visitatores regulares habentes, possunt per Diœcesanum, vt delegatum Apostolicum, corrigi, qui tamen eorum depositionem summo Pontifici reseruare tenetur.

7. Cap. nonum Concilij Sess. 25. de reforma. nullam tribuit Episcopis iurisdictionem in Monast. Monialium immediatè Sanct. Sed. Apostol. subiect. nisi tantum in concernentibus spiritualia ex Congrega. Cardinali.

8. Abbatissæ & Priorissæ habent iurisdictionem tàm spiritualem quàm temporalem quoad ea tantum, quorum est fœmina capax, & non quo ad ea omnia, quæ ab ordine Sacro dependent.

9. Tandem ipse à Victoria fatetur Moniales & fæ-

minas, posse habere aliquam iurisdictionem ex dispositione iuris positiui, quæ tamen non plus illi tribuat quàm laicis, quod reijcitur.

10. *Abbatissa habet prælaturam & dignitatem cum administratione: ius visitationis etiam extra, quod committere potest: nulla autem talis dignitas Ecclesiastica sine iurisdictione, cuius merè laici sunt incapaces: habet ergo contra Francis. à Victoria, maiorem auctoritatem à iure positiuo quàm merè laicus.*

11. *Sunt duæ laicorum species: sæculares & regulares, qui apud quosdam fiunt superiores, & tùm possunt reseruare alicui subdito casus occur. excommunicare, & ab excom. etiam per se absoluere.*

12. *Quid sit excommunicatio, & à qua claui dependeat, ex D. Thoma.*

13. *Possunt Abbatissæ per Sacerdotem sibi subditum, Moniales interdum excommunicare & absoluere, & quo iure.*

1. ET ne fortè Panormitanum superiori proximo capite allegatum, de libera administratione temporali tantum in Abbatissa intelligendum quis asseueret, non autem de temporali & spirituali simul, videat



Monachorum & Monialium, spectare principaliter ad Abbatem, & Abbatissam.

3. *Secundum*, quod Monachi & Monachæ possunt corrigi, non solùm iuxta suam regulam, sed etiam secundum „ sacros canones; *Canones ergò simplici-* „ *ter loquentes, extenduntur etiam ad* „ *religiosos.* Notanda obseruatio pro regularibus.

4. *Tertium*, quod dispositum in Monachis & Abbatibus, extenditur ad Abbatissas & Moniales in illis congruentibus tantùm; At quod disponitur in Abbatissis & Monialibus, non „ habet locum in masculis. *Masculi-* „ *num enim concipit fæmininum in fauo-* „ *rabilibus, non autem in odiosis: at fæmininum, non concipit masculinum in iuris dispositionibus.* Vnde, vt Monachus potest intrare Monasterium arctius, ita etiam affirmat id Monialem posse idem Panorm. in hanc ipsam constitut.[a] Notā.

a Ex. tex. & gloss. cap. Monachis. 2. q. 4.

5. Obseruandum insuper hoc in loco, & ex præfatis constitutione & Panormitano, & ex variis iuribus alijs, tàm antiquis, quàm etiam sacri Concilij Tridentini, Abbates & Ab-

batissas, in capite, & in membris (si non sint exempti, & visitatores in congregationibus generalibus, aut Prouincialibus deputatos nõ habeãt) posse corrigi & deponi, id exigentibus eorum delictis, per Episcopum diæcesanum.

6. At Abbates & Abbatissæ exemptæ, qui vel quæ visitatores aut superiores regulares nullos habent, possunt vtique corrigi per Diæcesanum, non vt ordinarium, sed vt delegatum Apostolicum, & in eisdem exemptis suspendere, & coadiutorem seu administratorem dare potest, reseruare tamen Pontifici summo depositionem tenetur.

Differunt Diæcesanus vt ordinarius, & Diæcesanus vt delegatus.

Quod autem idem Panormitanus obseruat in hoc ipsum caput *Ea quæ*, nimirum, Episcopum non posse exercere aliquid in Monasteriis exemptis, intelligendum est, de illis, quæ habent visitatores & superiores regulares, nõ autem de aliis, quæ nec visitatores, nec superiores alios à Papa recognoscunt. Talia siquidem Monasteria, & præsertim fœminarum, ex auctoritate Apostolica delegata posse visitare, &

De stat. Monachor.

corrigere (vt dictum est) ordinarium, patet euidentissimè ex Clem. *Attendentes*[b] quæ est Clementis. V. in Concilio Viennensi, nonobstantibus exēptionibus & priuilegijs quibuscunq; quibus tamen quoad alia, non intendit Papa præiudicium generari.

b De statu Monachorū.

Quod quidem confirmatur in Concilio Tridentino[c] in hęc verba, *Monasteria Monialium S. sedi Apostolicæ immediatè subiecta, etiam sub nomine capitulorum Sancti Petri, vel Sancti Ioannis, vel aliàs quomodocunque nuncupentur, ab Episcopis, tanquam dictæ sedis delegatis, gubernentur, nonobstantibus quibuscunque: quæ verò à deputatis in capitulis generalibus vel ab alijs regularibus reguntur, sub eorum cura & custodia relinquantur.*

c Sess. 25. de reform. Monach. cap. 9.

7. Verùm ex hoc capite 9. Concilij, nulla iurisdictio concessa est Episcopis, in Monasterijs Monialium sedi Apostolicæ immediatè subiectis, nisi tantùm in concernentibus spiritualia; In tēporalibus enim, nihil agere possunt, atque sic congregatio Illustrissimorum Cardinalium interpr&tum Concilij, censuit in *vna Brundusina*.

Episc. potestas in temporale Monasteriorū nulla ex cōgregati. Cardinal.

8. Abbatissæ & Priorissæ, Præpositæ,

& aliæ quomodocúmque appellētur, quæ Monialium conuentibus præficiuntur, ex Cardin. [d] per caput Dilecta, Iuncta glossa, habent administrationem omnem, tā spiritualem quàm temporalem Monasteriorū Monialiū, nisi quo ad ea, quorum est fœmina incapax, veluti ordinis. [e] Vt autem in hac D. D. disceptatione diutiùs sine fructu & vtilitate non immoremur, vnicuíque liberū relinquimus, quam maluerit sequi partem, nos verò, quā iam diximus communionem amplectimur, quamque tandem amplectitur à Victoria loco citato; ac consectariè auctoritas & iurisdictio Ecclesiastica & spiritualis, ad Abbatissas & Monialium moderatrices spectabit & spectat, si non iure ordinario, saltem delegato, & ex consuetudine.

d Consil. 17. Col 4.

e Cap. noue depœnit. & remiss Nauar. con. 3. de Regula in Ca. nullā verbo ampliatur hoc notabile ad Abbatissas. Nota. 4 mè bro siue cap. 1. Comment.

9. In illud autem tandem conuenire Franciscum à Victoria nonobstantib. suis argumentis superiùs allegatis, ex eo planum omnino est, quia contendit mulieres, etiam Abbatissas, nullam posse habere iurisdictionem spiritualem, quæ sit de iure diuino; fatetur tamen, ex dispositione iuris positiui,

poſſe habere eaſdem, poteſtatem aliquam iuriſdictionis ſpiritualis, quamquam in ea ſit opinione, vt in hac parte non plus concedant iura Abbatiſſis, quàm ipſis laïcis: quod ſanè durum & communiori opinioni omnium fermè D.D. ſed prȩſertim capiti, Dilectȩ, ſuperius citato multum repugnare videtur, imo verò & rationi.

Ignoraui equidem hactenus, quibus canonibus, capitibus, aut decretis iuris poſitiui, ſit, fuerit-uè conceſſum aliquando laïcis, vt prælaturas, & dignitates Eccleſiaſticas habere poſſent, niſi fortè cum conditione, vt ad clericatum & ordines ſacros promouerentur.

10. Verùm, & ſi fœmina, clericatus propriè ſumpti & ordinis ſacri ex diuino iure (vt dictum eſt) & ex poſitiuo, ſit incapax; tamen prælaturam, dignitatem, cum adminiſtratione, & jus viſitationis etiam extrà Monaſterium, quod alijs committere valeat, habere poteſt, vt tenet & ampliſſimè probat *Flaminius Pariſius*, g & nũc tẽporis Epiſcopus Bitontinus, inter omnes noſtræ ȩtatis, Theologus ac vtriuſ-

g *De reſig. benef. lib. 3. q. 12. n. 14. & eod. libro eademque queſt. n. 3. & 8. & q. 12. n. 5.*

que iuris Doctor clarissimus, quipostremus omnium scripsit Romæ, suaque opera Clementi 8. partim, partimque Illustrissimis ac Reuerendissimis Cardinalibus, Sfondrato & Aldobrandino dedicauit? Nulla autem prælatura, aut dignitas Ecclesiastica est, sine iurisdictione spirituali. Cùm igitur prælaturæ, & dignitatis Ecclesiasticæ, nec-non iuris visitandi (etiam extra Monasterium) capax sit fœmina, non autem merè laïci, hìnc videtur, illam habere iurisdictionem à iure positiuo, siue odinariam, siue delegatam, maiorem quàm idem ius positiuum laïcis tribuat, laïcis inquam sæcularibus tantùm, qui omninò sunt incapaces spiritualis aut Ecclesiasticæ Iurisdictionis: quippe cùm spiritualia tractare non possint; nec vicarij Episcopi constitui, siue sint coniugati, siue non, vt ex pluribus iuribus & Doctoribus probat Didacus Couarr. loco mox inferius obseruando.

Nulla prælatura sine iurisdictione.

Sunt vero laïci quidam regulares de quibus prorsus alia habenda est ratio, triti & vulgares apud patres Franciscanos, nostros Minimos, sed præser-

tim apud patres Capucinos & Recollectos, qui iure suarum institutionum, eligi possunt in superiores, quos vocant Guardianos, & de facto etiamnùm eliguntur, vt non pridem ipsi Virduni commorantes proprijs oculis vidimus apud patres Recollectos Virdunenses.

Quis verò dubitet, aut deneget, huiusmodi laycos superiores, habere tũ iurisdictionem Ecclesiasticam spiritualem & temporalem, eamqúe talem, vt possint etiam absolutionem certorum casuum occurrentium, certis reseruare sibi subditis Sacerdotibus: & contumaces excommunicare, & ab excommunicatione absoluere, etiam per seipsos; cùm excommunicatio, directè ad clauem præsertim ordinis nõ pertineat.* Qua de re Angelicus Doctor suo more scitè in 4. Senten.[h] pertractans, ita scribit.

12. Excommunicatio non est actus „ clauis directè, sed magis exterio„ ris iudicij, & quamuis sententia ex„ communicationis in exteriori pro„ mulgetur iudicio, quia tamẽ aliqua „ ratione pertinet ad aditum Re-

*D. Tho. & alij In 4. distin. 19. q. 1. ad 3. Panor. In cap. Ab excommunicato. de rescriptis. n. 5. & in cap. Transmissã de Elect. 1. nota. o Cuarru. 2. part. in cap. Alma mater de sẽtentia Excõ. §. 11. pag. 343.

h Distinct. 18. q. 2. art. 2. in corpo. art.

„gni quippe cùm Ecclesia militans, sit
„via ad triumphantem, ideò etiam il-
„la iurisdictio, per quam homo ex-
„communicare potest, clauis dicitur:
„& secundum hoc, à quibusdam di-
„stinguitur, quod est clauis ordinis,
„quam habent omnes Sacerdotes, &
„clauis iurisdictionis in foro iudiciali,
„quam habent soli iudices exterioris
„fori: vtramque Christus contulit
„Petro. [i] Proinde omnis habens iurisdictionem Ecclesiasticam, etsi non habeat clauem ordinis, potest excommunicare ex Diuo Thoma; Imouerò & ex communi DD. sententia vt specialiter adtestatur Couar. loco citato.

i Matthæi cap. 16.

13. Nauarrus refert Phyl. Decium [k] tenere, fœminā posse habere iurisdictionem [l] Ecclesiasticam, non tamen posse excommunicare, idipsumque sensisse, obscurè tamen Didacum Couarruuiā. [m] Quorum (infit Nauarrus) vera est sententia, attento vsu cōmuni. Quo tamen non obstante, ob prædicta ex D. Thoma [n] collecta, cōcludit, fœminam ex priuilegio posse etiam excommunicare. Tabiena, [o] & Ar-

k Lib 5. Cōcil. Conf. 1. de Sent. excommunic.
l In regul. 1. de regul. iur n. 30.
m In cap. Alma mater.
n 1 part. §. 11. de Sent. excom. fol. & pag. 343. n. 2.
o Verbo Abbatiss. n. 3.

milla, p scribunt post Panormitanum, q Astensem, & alios quosdam, Abbatissam posse præcipere suis subditis Sacerdotibus, vt excõmunicent suas rebelles & contumaces Moniales, vel easdem absoluant; ita vt teneantur illi obedire, tùmque dictos Presbyteros subditos excõmuniacntes, id non habere, aut efficere ex Antistitæ auctoritate, sed Papæ, *Vel iuris cõmunis, vel ex consuetudine*, vel saltem ex priuilegio.

p Eod. verb.
q In cap. Dilecta. tit. de maiori extr. & Cap. Cũ Dilecta de confir. vtili vel inutili.

Ex quibus omnibus, facilè eluitur Francisci à Victoria argumentatio, in primo capite allata, colligens fœminam non posse habere iurisdictionem spiritualem Ecclesiasticam, & maiorem in suas quàm matres-familias aut laïci sæculares. Quod etiam ex praxi, & constitutionibus approbatis, ac consectariè jus cõmune facientibus, ordinum regularium vtriúsque sexus superius relatorum, & aliorum, prorsus corruit & euertitur manifestè. Adde quod laïci regulares, etiam superiores, nihil amplius quàm habeant Abbatissæ, habere videantur: at de hac controuersia hactenus.

CAPVT QVARTVM.

SVMMÆ.

1. *Quatuor aut quinque admodum obseruanda, quæ consequuntur ex eo, quòd fœmina sit spiritualis iurisdictionis capax.*

2. *An prælaturæ, dignitates, officia, & præbendæ fœminarum, sint aut esse possint beneficia Ecclesiastica, quod luculenter affirmatiuè comprobatur.*

3. *Ad quæ beneficia sit fœmina inhabilis, & ad quæ alia capax & idonea.*

4. *In quo differant beneficia masculina & fœminina.*

CVm igitur (vt ex superioribus satis superque constat) ad iurisdictionem Ecclesiasticam & spiritualem fœmina sit idonea, vanus vtiq; ac inutilis videretur labor à nobis hactenus susceptus, nisi iam doceremus, quænam inde consequantur, & si non omnia, quę tamen sunt præcipua; atque licet iam quædam attigerimus, quia tamen id indirectè & quasi per transen-

tranſennam contigit, expreſſiùs ſunt nobis explicanda.

1. Ex eo igitur quod fœmina iuriſdictionis ſpiritualis capax eſt, ſequitur: *Primò*, Illam prælaturam, dignitatem, officia, adminiſtrationes, prębendas, & beneficia obtinere, & adminiſtrare poſſe.

Secundò, poſt confirmationem in dignitate obtenta, poſſe conferre & inſtituere, aliquandò in titulum, interdum verò ad nutum, adminiſtrationes, officia, & beneficia regularia ſuæ Eccleſiæ, ſuis Monialibus, aut canonicis vbi ſunt canonicæ.

Tertiò,[a] habere jus conferendi & inſtituendi, aliquando verò præſentandi tantum ad beneficia ſæcularia curata, aut ſimplicia, ſuo Monaſterio, & Eccleſiæ ſubjecta pleno iure, & quoad „ ſpiritualia & temporalia. Et in iſta „ inſtitutione, dat poſſeſſionem & ti„ tulum, non tamen auctoritatem ab„ ſoluendi vel ea præſtandi, quæ ſunt „ clauium, vt poſt citatum Panor. ob„ ſeruauit Tabiena loco citato. Cui luculenter ſubſcribit Henriquez.* Habet (ait) Abbatiſſa ex Pontif. pri-

a *Panorm. in cap. Dilecta de maior. & obed. Tabiena. verb. Abbatiſſa. n. 3. Armil. eod. verbo & numero.*

* *Lib. 6. de pœniten. Sacramen. cap. 2. § 4.*

uilegio, vt facta per illam nominatione sacerdotis, Papa (vel Episcopus) conferat ius in beneficio, etiam curato; vel ad audiendas confessiones. Vt dum Abbatissa, aut Moniales per Bullam vel priuilegium, aut etiam per concessionem Episcopi aut Prælati à quo dependent, eligunt sibi confessarium. Tùm enim non illæ, sed Papa, Episcopus aut Prælatus confert iurisdictionem absoluendi.

Abbatissa in personas sibi subiectas duplex potestas, & etiam ad mortale obligans.

Q*uartò*, habere jus curati primitiui. *Denique* habere iurisdictionem & auctoritatem in suas Moniales & clericos sibi subjectos, *nedum directiuam, sed etiam coactiuam, vt loquuntur; obligantem etiam ad mortale.* De quibus omnibus, per sequentia capita specialiter & separatim agendum.

2. Ac in primis videamus, an prælaturæ, dignitates, administrationes, officia, & præbendæ fœminarum, sint, aut esse possint beneficia Ecclesiastica. Neque enim defuêre (si non sint adhuc aliqui) qui fœminas posse esse beneficiarias prorsus negauerint, quorum sanè dubium aut sententiam ex-

plodere intendimus, & aduersus eam docere, quod quemadmodum sunt beneficia Ecclesiasticia, ex bonis Deo dicatis, solis clericis conferenda; sic & alia quædam, ex bonis etiam Deo dicatis, solis illis fœminis, quæ pluribus in locis in canonicas cum præbendis assumuntur: & pro Monialibus choro deputatis; quæ ideò ex iuris beneficio & priuilegio, & ratione suæ professionis, Clericæ dicuntur, quasque in fauorabilibus (non autem in odiosis) in iure, sub nomine clericorum comprehendi affirmat DD. communis opinio.

3. Et quidem fœminæ sunt prorsus inhabiles ad Sacerdotia, & ad beneficia, quæ ordinem sacrum aliquem ex majoribus, vel ex minoribus requirunt. Nam, cùm sit fœmina incapax ordinis sacri & Ecclesiastici, vt est omnium approbata sententia, consectariè & beneficij: atquè hæc est catholica doctrina, contra hæresim Quintilianorum & Pepusianorum à Luthero renouatam, qui mulieribus Sacerdotia committebant, vt tradit D. August.[a] Quod sanè, tantùm in-

Nullus ordinis est capax fœmina.

[a] *Lib. de hæresibus c. 27.*

telligendum est de beneficijs curatis, & de simplicibus illis, quæ aliquem ordinem ex majoribus vel minoribus (vt diximus) requirunt: namque fœmina (vt scribit doctissimus & in materia beneficiaria versatissimus Flaminius Parisius) [b] potest habere beneficium, habens in se dignitatem & administrationem, vt probat textus capitis *Indemnitatibus*, [c] vbi hoc communiter notatur à DD. quod etiam confirmatur à Bartholo dicente; [d] quod Abbatissa habet dignitatem cum administratione, non solum in suas Moniales, sed etiam quandoque extra; [e] quia habeat castra, Dynastias & similia, sicuti Abbates habent dignitatem cum administratione, vt est textus in cap. *Apostolicæ*: [f] atque ideò, debent Abbatissæ visitare, vt tenent DD. communiter in Clement. *Attendentes*, [g] vel aliis committere visitationem, vt habetur in extrauagante *Vas electionis*.

Vndè colligitur à dicto Flaminio ex communi DD. opinione, Summum Pontificem, posse concedere fœminæ dignitatem in titulum, vel

b *Lib. 3. de resig. benef. q. 12.*

c *§. verũ de elect. in 6.*

d *In leg. 1. cod. de digni. lib. & 12. n. 443.*

e *Rebuff. de pacif. poss. col 2. Bald. in l. generali. per illũ tex. cod. de Sacros. Ec. Decius in l. fœmina n. 10 ff. de reg. iur.*

f *De priuileg. lib. 6.*

g *De statu regul.*

administrationem, faciendo illam Abbatissam, Priorissam, vel Præfectam perpetuam, & sic habere prælaturas. Sunt igitur, aut esse possunt inter fœminas canonicas, aut Moniales beneficia; non masculorum, sed fœminarum, ait Flaminius: in quibus locus esse potest. Clement. *Ad cōpescendas.* [h] Videlicet, vt contra fœminam beneficiariam (vt pote contra Abbatissam) fiat sequestratio; tùm quia Abbatissatus (ait Flaminius [i] cum pluribus aliis) sit beneficium; tùm etiam quia militat ratio in ea, non secus atque in Abbate, ne bona Ecclesiæ dilapidentur, vt decisum fuisse aliquando in Rota coram Petrasancta, 1523. 23. Aprilis, refert Gammar. [k]

h *De sequest. possess. & fruct.*

i *Super dicta quæst. n. 12. & lib. 2. q. 1. n. 71.*

k *Decis. 24. in manuscrip.*

4. Atque vt dicta beneficia, à beneficijs clericorum discriminentur, dicit Sarna. [l] de stylo curiæ non solui annatam de prouisione Abbatissatus, sed vnum lineum amictum. Abbatissatus autem, in eo ab Abbatia differre volunt, quòd Abbatia, sit masculorum beneficium, Abbatissatus verò, Priorissatus & similia, sint fœminarum tan-

l *Regula de val. q. 3.*

Annatam non soluit Abbatissa sed Rochetum.

tùm; quamuis Monasteria dicantur propriè etiam Monialium.[m]

Obseruandum denique, in impetrationibus beneficiorum huiusmodi fœminarum, non exprimendum esse verum valorem annuum, sed multò minorem quàm Monachorum, aut aliorum clericorum, vt ex praxi & regulis cancellariæ satis superque constat: & in Monachis, etiam Episcopis, aut Abbatibus, ac consectariè & multo magis in Antistibus siue Abbatissis & Monialibus quodlibet beneficium esse incõpatibile ad aliud: hoc est duo, aut plura beneficia habere non posse, nisi fortè ex legiti. Pontif. dispensatione. Qua de re plura videas apud Rebuffum[n] & Rodericum.[o]

m *idē Flam. lib.* 2. *q* 1. *n.* 74. *& de cō-fid. q.* 27.

n *lib. res.* 12. *fol.* 27.

o *tom.* 1. *Regular. quæst. q.* 34. *art.* 9. *pag.* 211. *Col.* 1. *& tom.* 2. *q.* 58. *art.* 5. *pa.* 176. *Col.* 2.

CAPVT QVINTVM.

SVMMÆ.

1. *Probatur quod Abbatiſſatus poſsit reſignari.*
2. *Aliæ adminiſtrationes inferiores ab Abbatiſſatu, ſunt beneficia.*
3. *Fœminæ beneficiatæ tenentur ad horas canonicas, & poſſunt Simoniæ labem incurrere.*

1. PRædictis omnibus addendum, fœminam habentem dignitatem & prælaturam in titulum, vel administrationem, poſſe illam reſignare, vel ſimpliciter, [a] vel in fauorem alterius fœminæ, [b] etiam reſeruata penſione; ſicque fuiſſe reſolutum coram Camillo in Rota, in vna Tullenſis Abbatiſſatus, Idem Flaminius ſcribit; [c] paſſimque videmus in curia concedi iiſdem coadiutrices, quæ tandem aliquandò in huiuſmodi beneficijs ſuccedant poſt deceſſum.

a *Flaminius lib. 4. q. 6. n. 2.*
b *Lib 3. q. 12. n. 19. & lib. 2. q. 3. n. 70. & lib. 12. q. 4. n. 29.*
c *Dicta. q. n. 19.*

Regula de Triennali possessione locum habet in beneficiis fœminarū.

Volunt insuper DD. regulam de triennali possessione, locum etiam habere in dictis beneficijs fœminarum, ita vt, si fœmina possederit pacificè dignitatem Ecclesiasticam, vel administrationem in titulum, non possit molestari in possessorio, neque etiam in petitorio; quia nimirum verbum, „QVICVNQVE tàm masculinum „ quàm fœmininum, vbi in iure ponitur, siue materia odiosa sit, siue fauorabilis, comprehendat. Hînc etiam, volunt aliam regulam de infir. resig. in eiisdē fœminis beneficiariis prorsus admittendam esse, non tamen in Italia, vbi ex cōstitutione Greg. XIII. (quam aiunt esse in viridi obseruantia) omnes Abbatissæ, sunt, & esse possunt tantùm triennales. Et quidem si Prælaturæ, dignitates, præpositatus, præbendæ, administrationes, & officia Ecclesiastica, etiam regularia, inter canonicas & Moniales non essent aut nusquam esse possent beneficia, vt dictum est, quorsum conferrentur in curia Romana, & aliquandò extra curiam in titulum, præsertim in partibus cisalpinis; aliquandò verò ad nutum

& manualiter ; interdum à Summis Pontificibus, Legatis à latere, cum abſolutione à cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis ad effectum ; aliquoties verò ab Ordinarijs locorum , iuxta diſpoſitionem Clementinæ vnicæ *Quia propter* ;[d] aliquandò denique ab Abbatiſſis ipſis ? Quorſum rurſus permutarentur, & reſignarentur, aut ſimpliciter in manibus Cœnobiarcharum, aut in fauorem alteriùs Monialis in manibus Papæ, atque ſub eiſdem clauſulis & formulis, ac beneficia & officia clericorum Monachorumque ?

[d] *Tit. de ſup. negl. prælat.*

2. Officia ſanè & adminiſtrationes Monialium & Canonicarum eſſe poſſe beneficia, ex eo vlteriùs comprobamus, quòd aliquando tenuerimus ipſi, viderimus, & legerimus bullam quandam Summi Pontificis, qua admittens reſignationem Theſaurariæ Monaſterij Monialium de Iuuineyo in Lotharingia , in manibus ſuis ſpontè factam , per quandam illius Monaſterij Monialem , Claudiam Danneuille , in fauorem alterius monialis Metenſis Claudiæ du Chaſtellet , ſub hac forma ei conferebat : *N. Seruus ſeruo-*

rum Dei. Dilectæ in Christo filiæ Claudiæ du Chastellet, Thesaurariæ Monasterij Monialium Sanctæ Scholasticæ de Iuuineyo, ordinis Sancti Benedicti Treuiren. diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ munditia, &c. Cùm itaque Thesauraria Monasterij Monialium Sanctæ Scholasticæ de Iuuineyo per liberam resignationem Dilectæ in Christo Claudiæ Danneuille, ipsius Monasterij Monialis & nuper Thesaurariæ, de illa quam tunc obtinebat, per dilectum filium Magistrum Nicoalum Cumyn &c. procuratorem suum ad hoc ab ea specialiter constitutum in manibus nostris sponte factam & per nos admissam apud sedem prædictam vacauerit, & vacet adpræsens, nullusque de illa præter nos hac
„ vice disponere potuerit siue possit. Nos ti-
„ bi specialem gratiam facere volentes, te-
„ que à quibusuis excommunicationis, sus-
„ pensionis ac interdicti, aliisque Ecclesiasti-
„ cis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel
„ ab homine, ad effectum præsentium dun-
„ taxat consequendum &c. tibi auctoritate præfata conferimus, & de illa etiam prouidemus &c. Hoc autem dictum sit pro Monialibus.

Pro Canonicis verò, vidimus etiam

ante paucos dies resignationem alteram simpliciter in manibus Reuerendæ Dominæ Iolandæ à Bassompierre, Abbatissæ vel præfectę Canonicatum de Epinaco in Lotharingia, Tullensis Diæcesis factam per quandam Blancam de Harocourt, Sacristiæ cujusdam, quam in dicta Ecclesia obtinebat, quæ quidem paulopost collata est Dominæ Ioannæ de Lenoncourt, Canonicæ dicti loci, per dictam Dominam de Bassompierre, Abbatissam. Cùm verò dicta prouisio per quasdã alias suas Canonicas controuerteretur, primò per Illustrissimũ ac Reuerendissim D. D. Carolũ optimæ memoriæ à Lotharingia S.D.N. & sanctæ sedis Apostolicæ in eadem Lotharingia tũ temporis Legatũ cõfirmata fuit, ac tandem, per sanctiss. D. D. Clementem Papam VIII. cũ clausulis in prouisionib. beneficiarijs apponi solitis.

3. Porrò, si inter fœminas beneficia non essent, in eis vtique constitutiones de Simonia, tàm communi, quã confidentiaria, locum non haberent; ad pensum horarum Canonicarum Abbatissæ, Præfectæ, Canoni-

Ad horas Canonicas tenẽtur Moniales.

cæ, Moniales, officia regularia fœminina habentes, in titulum, aut ad nutum, non obligarentur: neglectis dictis horis Canonicis, ad fructuũ restitutionem non adstringerentur, quæ omnia absurda sunt.

Confidentiaria priuatur suo Abbatissatu.

Quo ad Simoniam, vidimus, tenuimus & legimus aliquandò definitiuam Rotæ sententiam, datam anno 1588. per Reuerendum Dominum Alexandrum Auditorem, contra duas successiue Abbatissas, propter quandam confidentiam, in aliquo Monasterio Monialium in Lotharingia, admissam, qua sententia, declarabãtur ob illud crimen, priuatæ omninò suo Abbatissatu, obligatæque ad restitutionem omnium perceptorum fructuũ, inhabiles ad illud, & quodcunque aliud beneficium: denique omnes & singulas censuras, & pœnas in constitutionibus Pij IV. & Pij V. descriptas incurrisse.

Obtinuimus etiam, aliquando à Sacra pœnitentiaria, facultatem dispensandi & componendi cum quadam nobili, quæ Canonica fuerat, & per plures annos horas non recitauerat,

ſuper fructibus ſuæ præbendæ, per eam, vel eius nomine perceptis, quos idcircò etiam, dictæ Pœnitentiariæ Sacræ iudicio, reſtituere tenebatur.

CAPVT SEXTVM.

SVMMÆ.

1 *Quæritur & reſoluitur an officia & adminiſtrationes regulares, poſſint dici beneficia manualia, aut perpetua.*

2 *Num Prælati & Abbatiſſæ, queant pro ſuo libito, officia & adminiſtrationes ſuis ſubditis ad certum tempus, aut etiam in perpetuum conceſſas, reuocare.*

AT verò, antequàm vlterius progrediamur, videndum nobis eſt.

I. Num officia & adminiſtrationes prædictæ regulares Monialium, imò & Monachorum, ſint beneficia perpetua, an Manualia? Petrus Gregorius noſtri temporis iuriſconſultus, & profeſſorum vtriuſque iuris

in Academia Mussipontana Decanus clarissimus, scribit,[a] officia Ecclesiastica (vt sunt conuentualia, videlicet Eleemosynariæ, Thesaurariæ, Sacristiæ Cellerariæ, & similia, de quibus glossa Clementinæ primæ[b]) non debere inter beneficia connumerari, nisi quandò conferuntur in titulum; ac proindè, beneficia regularia Manualia, non esse propriè beneficia Ecclesiastica.[c]

* Manualia quippe dicuntur beneficia, quæ nõ conferuntur pro tota vita, sed ea conditione solùm, vt ad nutum Prælati, dari & auferri possint, etiam sine causa: At verum beneficium, debet esse perpetuum,[d] nõ autem ad nutũ amouibile. Rebuffus[e] tamen, regularia officia, etiam manualia, vult esse, & dici posse beneficia, quia (ait) possint esse & fieri perpetua. Cum Gregorio sentiunt Thomas Zerola[f] Episcopus Minorensis, Staph. & Sylua. quos citat: at Flaminius Parisius Episcopus Bytontinus, Rebuffi opinionem amplectitur, & confirmat.[g] Licet enim (ait) de iure communi, beneficia regularia sint Manualia, effi-

a De beneficijs Eccl. cap. 11. n. 17.

b Titul. de statu Monach. § ad hæc. ad verbum officiis.

c Greg. loco citato n. 12.

* Manualis beneficii nomine quid intelligatur.

d Cap. Præcepta dist. 55.

e Tract. nominat. q. 9. n. 25.

f In praxi Episc. voca. beneficia. ad primũ verbo. sexto beneficia.

g De resign. benefic. lib. 11. q. 3.

ciuntur tamen perpetua, quandò ſuperiores eadem continuant, aut conferunt Monachis pro tota vita.

Teſtatur inſuper idem Flaminius, Gamb. *De poteſtate Legati à latere*, affirmare, beneficia Manualia regularia, hodiè eſſe ex ſe, & in ſe perpetua. Vnde, vidimus quotidiè Abbatias, Abbatiſſatus, Prioratus, Prioriſſatus &c. extra Italiam, ad vitam concedi; itaque ſunt nunc temporis perpetua, licet de iure communi ſint omnia amouibilia [h] pro-vt notat idem Flaminius. [i] Hanc quoque, cõmunem eſſe Doctorum opinionem affirmat; indeque ſequi, beneficia tàm virorũ, quàm fœminarum, conſtitutionib. Pij IIII. & Pij V. comprehendi. *

Perpetuum enim in hac materia & omni alia, illud dicitur (inquit ille) [k] quod ſine aliqua temporis limitatione cõceditur: nunc autem fermè vbique; officia ipſa & adminiſtrationes regulares, ſine aliquo temporis termino, & ſimpliciter, à ſuperiorib. conferri conſueuerunt. Vnde meritò Nauarrus [l] in ea eſt ſententia, vt cõſuetudine, & poſſeſſione temporis imme-

h *Cap. cũ ad Monaſteriũ. de ſtatu Monachorũ & Nauarr de filijs Presb. Conſ.* 3.

i *De reſig. benef. q.* 16. *n.* 20. & 24.

* *Quid nomine beneficij perpetui intelligatur.*

k *Lib. & quaſtione dict. n.* 28.

l *Loco dicto, n.* 7.

Manuale beneficium potest fieri perpetuum.

morialis fieri possit, vt quæ Manualia sunt, natura mutent, sicque de Manualibus perpetua reddantur. Quod comprobat in officio Celleriatus cujusdam Monasterij, qui successu temporis, in dignitatem & beneficium perpetuum fuerat transformatus.

m In praxi. §. quotuplex sit benef. n. 5. & §. benefic. reg. multiplicia. n. 1. ex Cap. Cùm de benefic. de Prabend. in 6. 4. vero & in concor. §. de collat. in gloss. regu.

n Lib 3 Cõsi. Consilio 4. n. 2. tit. de prabend.

Rebuffus [m] docet, spatio quadraginta annorum, beneficia & officia, ita naturam mutare posse, vt de sæcularib. fiant regularia, & è contrario. poterunt igitur de Manualibus fieri perpetua, & de perpetuis Manualia; cui subscribit etiam Nauarrus.[n]

2. Nobis, hoc in loco sese offert alia difficultas expedienda; Num videlicet Prælati & Abbatissæ, possint ad nutum etiam sine causa, beneficia, officia, & administrationes concessas suis Monachis aut Monialibus reuocare? Multi sanè ex Doctoribns affirmatiuam sequuntur, etiamsi collata fuerint dicta beneficia in titulũ. Tùm quia, Monachi & Monachæ non habeant velle & nolle, sed omninò ab arbitrio superiorum debeant dependere: excipiunt tamen ea beneficia regularia, quæ sunt electiua per conuentum

Religiosus cessit sua voluntati per professionem solemnem.

uentum, aut quæ scienter à Papa, Monachis & Monialibus conferrentur. Tùm etiam, quia (vt scribit Nauarrus) ᵒ vltra prælaturas, omnia beneficia regularia sint amouibilia ad nutum superiorum, de iure communi, in cap. *Monachi & Cùm ad Monasterium*, ᵖ & in Clementina vnica, *De supplenda neglig. Prælat.* q & in cap. *Ad nostram* & cap. *Porrecta*. ʳ

o Li. I. Cōst. tit. de filijs Presbyt. Cōs. 3. n. 6.

p Tit. de statu Monach. §. tales.

q §. præmissa

r De cōfirm. vtili vel inutili.

At profectò, si superiores pro suo simplici nutu, & absque causa, possint auferre suis Monachis beneficia, quæ habent etiam in titulum, hac in re sunt æquiparandi Summo pontifici. Quandoquidem, Baldus ſ & Ludouicus Gomes, ᵗ asserunt omnia mundi beneficia, quæcunque & qualiacunque illa sint, esse Papæ manualia, ᵛ posseq; priuare omnē beneficiarium suo iure & beneficio, etiam absque causa, vt volunt Archidiaconus, ˣ Felinus, ʸ Aymon. & Gabriel. ᶻ Atque ob eādem rationē, posse præuenire in omni beneficiorum collatione, omnes totius

ſ Ad leg. Rescripta Cod. de præ. imperat. offeren.

t In proœm. regul. cācel.

v Tract. de hæresi.

x In cap. quæ in Eccles. de Constit.

x Tractatu de tēp. antiquit. Part. I. n. 37.

y De iure quæsito non toll. concl. I. limitat. I. n. 9.

z Papa habet plenitudinem potestatis super beneficia quæcumque.

mundi collatores ordinarios, vt scribunt Fridericus, de Senis,[a] Ioan. de Selua[b] & Rota.[c]

Sed nonobstantibus omnibus prædictis, Rebuff.[d] docet & affirmat, Abbatem non posse Monachum à suo beneficio, etiam Manuali, deturbare aut destituere malitiosè & absq; causa legitima; *alioqui Monachum destitutum sine causa, posse restitutionem petere contra Abbatem, iuxta glossam.[e] Deque huiusmodi restitutione, amplè alio in tractatu agens,[f] affirmat, iudicatum fuisse pro Monacho sine causa destituto, contra Abbatem, addens huiusmodi regularia beneficia, etiam Manualia, non reuocari per mortem Abbatis, posseque cum perpetuis permutari, vt sentiunt Panorm.[g] & Decius.[h]

At verò, cum causa, omni iure reuocatio & destitutio siue priuatio beneficiorum, officiorum, & administrationum regularium, Abbatib. & Abbatissis indubiè permissa est. Si igitur Manualia non possint à superioribus auferri sine causa, multominùs perpetua poterunt, nisi fortè in casib. de-

a *In q. 4. de rerũ permutat.*
b *Tract. de benefic. part. 3. q. 60.*
c *Decisione 17. in nouis.*
d *Tract. nomina. q. 9. num. 25.*
* *Monacho iniustè destituto contra Abbatẽ daturactio.*
e *§. & idem ordo ad verbũ perpetuis de collat. in prag. sanct.*
f *De pacific. possess. § Limitatione n. 275. & 279.*
g *Ad cap. final. de Precar.*
h *In cap. ad nostram de confirm. vtili vel inutili.*

positione dignis. V. G. Si Monachæ aut Monachi beneficiarij, essent incontinentes, aut bonorum sui beneficij dilapidatores, aut tale quid egerint, pro quo amouendi meritò videantur: aut si etiam pro necessitate majoris officij, de fratrum Consilio fuerint transferendi, atque hæc sunt illa ipsa verba capitis *Monachi* [i] quod quidem est fundamentum præcipuũ eorum, qui affirmatiuam quæstionis propositæ tuentur.

Tam à perpetuis quàm à manualibus beneficiis possunt destitui Monachi delinquentes enormiter.

i De stat. Monachor.

Qui quidem, non satis obseruasse mihi vidẽtur Clemen. citatam, in qua dicitur; Prioratus, Ecclesias, vel administrationes habentes regulares, posse ad claustrum reuocari, *non cùm voluerit Abbas, sed cùm oportuerit.* Nobiscum, & cum Rebuffo sentit P. Gregorius, pro negatiua: scribit enim, [k] verum quidem esse de iure communi, omne beneficium regulare, ad nutum Abbatis esse amouibile, nisi tamen sit Curatum, aut electiuum, aut de sua natura perpetuum: tùm enm (ait) non potest per Abbatem reuocari. Talis siquidem collatio, cẽsetur facta cum sua cõditione, id est, beneficij collati: atqui

k Tract. d. cap. 11. n. 12.

Pluribus modis beneficiũ Manuale euadit perpetuum.

Plurib. modis beneficiũ Manuale euadit perpetuum.

iuxta Nauarrum, vt dictum est, beneficia regularia, licet de iure Manualia „ sint, possunt tamen perpetua fieri, „ priuilegio, consuetudine, possessio„ ne, & vsucapione temporis cuius initij non sit memoria. Ea igitur quæ sic naturam mutarunt, censenda sunt perpetua, ac cōsectariè non poterunt auferri sine causa, priuatione, aut depositione digna. Et quod maximè nobis obseruandum est, qui contrarium docent fatentur quidem, posse Abbatem, ad nutũ, Monachum suo priuare beneficio sine causa, non tamen id debere sine occasione iusta, alioqui grauiter peccare & mortaliter, sic enim loquitur Nauarrus:[l] at vana quodammodò potestas, in materia præsertim morali, quæ nō debeat, aut verò non possit, nisi cum graui peccato reduci ad actum.

Peccat mortaliter Abbas destituens Monachum sine causa.

[l] *Lib 3. Cōsi. tit. de regul. Cōsil. 20. n. 13. & 14.*

Flaminius Parisius[m] tenet, hodiè superiores non posse reuocare beneficia regularia; aut saltem sine causa iusta, atque ideò illa vacare per mortem aut resignationem beneficiariorum.

[m] *Tom. 2. de Simon. cōsid. q. 16. n. 29. 30. 31. & 32.*

Quod luculenter confirmari potest, declaratione notanda sacræ congre-

gationis Illust. Card. interpretum Sacri Concilij Trid. quæ super cap. 22. Sess. 25. de refor. regul. vbi Conciliũ statuit, vt administratio bonorũ Monasterij, ad solos spectet officiales regulares eorumdem, ad nutum superiorum amouibiles: super illam particulam, *ad nutum*, sic censuit & declarauit Cõgregatio. *Ad nutum amouibiles.* Secùs si huiusmodi officia darentur „ in titulum, tùm enim admitterẽtur „ eorũ resignationes, etiã in fauorem „ alterius, & *in forma Lignũ* & pro illis „ dũtaxat, qui expresſè ordinem pro- „ fessi sunt.

Beneficia quæ Manualia non sunt, possunt resignari. Notanda Congregationis Decisio.

Ex quo decreto, prorsus est manifestum, officia regularia, quæ naturam beneficij perpetui sortita sunt, & quæ dantur ad vitam, aut sine aliqua temporis limitatione, non esse abrogata, sed cõfirmata per Concilium; [n] iamque non esse amouibilia, posseque inter regulares resignari, etiam in fauorem alterius, cum clausula aut conditione de *Non alias, aliter, nec alio modo,* „ in manibus Papæ, [o] qui solus admit- „ tere potest tales resignationes in fa- „ uorem huius vel illius nominati,

n Sess. 14. cã. 10. de refor.
o Fel. in cap. Ad audientiam de rescript. Gomes. ad Reg. Cancell. de Triennali poss.
Solus Papa admittit resignationes in fauorem.

quæ aliàs in manibus aliorum collatorum inferiorum, essent Simoniacæ; quippe qui resignationes factas purè & simpliciter, admittere tantùm valeant, [p] aut cùm simplici supplicatione (sine aliqua tamen obligatione) vt cuidam per resignantem denominato conferre dignentur. [q] Quandoquidem.

p Cap. ex parte 12. de off. deleg. & ibi gloss. & interp. Rebuff. in praxi benef. tit. de resig. cond. n. 1. & 2. Panor. ad rubricam de Sim. & in ca susceptum de rescrip. in 6. cap. 2. 3. & 4. de rescrip.

q Greg. d. Tract. cap. 28. n. 6. & 7.

Sæpe consuetudo aduersatur iuri.

Ad capita autem *Monachi*, *Cùm ad Monasterium*, *Ad audientiam*, & *Porrecta* citata, quæ etiam huic doctrinæ & praxi aduersari videntur, Respondemus, alia iura prohibere beneficiarijs sæcularibus, de fructibus suorum beneficiorum testari, quotidiè tamen contrarium fieri videmus, locorumque consuetudine dictis iuribus contraria, testamenta beneficiariorum sæcularium firmari. Vt mox capite sequenti amplè & luculenter demonstrabimus: possumus igitur similiter dicere, & in hoc regularium, contrarium vsum vbique locorum dictis capitibus derogasse.

CAPVT OCTAVVM.

SVMMÆ.

Tractatur

1. *An, & in quos vsus disponere possint regulares beneficiarij, de prouentibus suorum beneficiorum, absque dispendio voti pauperatis?*

2. *Ad quem pertineant spolia, de quibus dicti regulares beneficiarii, non disposuerunt, dum viuent?*

3. *Cui vsui destinari debeant mobilia eorundem (quæ spoliorum nomine intelligenda non veniunt) ad diuinum cultum pertinentia.*

An pensionis sit capax Monachus, item Monacha?

COnsurgit & aliud dubium.

1. Num videlicet, administratio beneficiorum regularium, tàm Manualium quàm ad vitam, obseruantiæ voti paupertatis (ad quam seruandam prorsus tenentur *Voti paupertatis obligatio, respicit omnes religiosos.*

omnes Monachi, & Monachæ) aduersetur? Et an Religiosi & Religiosæ, possint disponere de fructibus suorum beneficiorum liberè, & sine alia superiorum licentia?

Beata sanè illa Monasteria omni iure & oratione prædicamus, in quibus omnia sunt communia, nihil autem partiale, neque pro superioribus, neque pro Monachis aut Monialibus; quia tamen hæc quæstio iuris & facti est, ideò nobis ex ipso iure, & ex praxi hodierna dissoluenda venit.

,, Dicimus igitur, omnes Mona-
,, chos & Monachas habentes officia
,, aut beneficia Manualia, siue perpe-
,, tua, in titulum aut in commendam,
,, siue à Papa, qui est Abbas Abba-
,, tum, siue ab Abbatibus aut Abbatis-
,, sis, siue Monachus sit, aut Prælatus,
,, aut denique simplex beneficiarius,
,, posse huiusmodi omnes beneficia-
,, rias, beneficiariosque regulares ita
,, ample & liberè impendere, & dis-
,, ponere de fructibus suorum bene-
,, ficiorum, pro proprijs, & suorum ne-
,, cessitatibus, atque vsibus decẽtibus,
,, deque prouẽtibus superfluis, in ope-

„ribus remuneratorijs, pietatis, & pau-
„pertatis, ſicut poſſunt ipſi beneficia-
„rij ſæculares: neque teneri ad ratio-
„nem reddendam de dictis fructibus
„ſuperfluis, ſuis ſuperioribus.

„Diſponere (inquam) poſſunt, de
„ſuorum beneficiorum, & officiorum
„fructibus liberè, per contractus gra-
„tuitos & inter viuos duntaxat (non
„autem cauſa mortis, aut per vltimam
„voluntatem) vendendo, emendo,
„locando, conducendo, & mutuando,
„abſque alia ſuorum Prælatorum li-
„centia, quàm ea, quæ à Prælato illis
„conceſſa eſt, quandò beneficium ſiue
„officiũ regulare contulit, ſiue in titu-
„lum, ſiue ad nutum: talis enim facul-
„tas, vel licentia diſponendi de fructi-
„bus, vnà cum titulo aut adminiſtra-
„tione ad vitam, aut Manuali à ſupe-
„riore conceſſa, tamdiù currit conti-
„nuaturque virtualiter (vt aiunt) quã-
„diù titulus & poſſeſſio beneficij per-
„petui, aut adminiſtratio Manualis
„durat. Vnde ſequitur, quòd vendẽdo,
„emendo, donando, & impendendo
„fructus ſuorum beneficiorum. (vt
„dictum eſt) nil niſi cum licentia ſu-

Inter viuos tantum conceditur Monachis diſpoſitio ſuorum redditũum.

perioris à quo titulum & beneficium perpetuum, aut amouibile habent, præstant aut faciunt beneficiarij, & beneficiariæ regulares: non ergò hac in re, & ob hanc rationem, proprietatis argui poterunt.

Hæc sanè doctrina, hodiè ab omnibus fermè recipitur, confirmaturque à Cardinali,[a] Panorm. [b] Flaminio Parisio, qui nouissimè omnium id est Anno 1591. scripsit. [c] Item à R. Patre Azor Iesuita, [d] Nauarro, [e] infinitis propè locis, sed præsertim testatur, [f] se vidisse prædicta omnia obseruari, in plurib. ac præcipuis Ecclesijs regularib. Franciæ, & Hispaniarũ.

„ Non est contra votum paupertatis (inquit Flaminius)[g] quod beneficia & officia regularia dentur Monachis in titulũ; aut quod beneficiarij regulares peculium habeãt; alioqui, ait, nec ipsi Abbates intitulari possent, ac per consequens, omnes beneficiarii regulares possunt disponere absque alia licentia, de

a In Clem. 2. tit. de vit. & hon. cler. § sed tales. & in Clem. gratiæ. de rescriptis. b In cap. Monachi de statu monach. c Lib. 11 de resig. benef. quæst. 3. d Tom. 1. lib. 12. cap. 22. q. 12. e Lib. 3. Cõsil. titul. de præbend. & dignit. Cons. 60. num. 1. & titul de regul. Cons. 14 nu. 6. & 17. Cõsil. 15. n. 4. & Cõsil. 70. nu. 2. 4. [illegible] 9. & in Tract. de red. Eccl. q. 1. Monitor. 8. 28. & 29. & mon. 33. n 1. mon. 52. n. 1. & q. 3. eiusdem tractat. monitor. 25. num. 1. & 10. & 11. q. 58 art. 8. nonobstante Conc. Trid. f D. Cons. 70. lib. 3. n. 2. g Loco citat.

Cõment. 2. de Regula. In Can. Non dicatis. 12. q. 1. n 8. notab. 3. Illud ipsum confirmat Roderic. q. Regul. tom. 2. q. 57 ar. 2. fol. 172. col. 1 verbo ex quo infert Nauar.

, fructibus ſuorum beneficiorum, vt ſæculares poſſunt. Videas eundem h pluribus in locis, in quibus Rotam hoc-ipſum confirmantem allegat, præcipue verò Num. 105. vbi refert Rotæ deciſionem impreſſam Venetijs, prima parte, Num. 772. Cùm igitur hæc beneficiariorum regularium vtriuſque ſexus priuilegia & facultates, ita clarè in iure fundentur, tot tantiſque rationib. & Doctorũ auctoritatibus confirmẽtur, totiuſque Eccleſiæ praxi quotidiana, & cuius initij nõ eſt memoria (vt dicũt) etiã poſt Sacrum Conc. Trid. in dubiũ profectò reuocari minimè poſſunt.

h *q. 3. citata n. 160. & à n. 162. vſque ad 165. & 166.*

2. Obſeruandum deniquè ex eodem Nauar. & communiori, quicquid dicti beneficiarij acquirunt, non Monaſterio, ſed beneficio, aut officio quod habent in titulum, aut Manualiter, acquirere.*

Si verò quæratur, ad quem pertineant ſpolia dictorum beneficiariorum regularium; hoc eſt bona, quæ Prælati & beneficiarij regulares non Prælati morientes relinquunt inconſumpta? Reſpondemus ad locorum

* *Quid nomine ſpoliorum in hac materia intelligatur.*

consuetudinem recurrendum esse. In Italia præsertim & alibi, spectarent ad Reuerendam Cameram Apostolicam, maximè autem eorum regularium, qui extra claustra decederent, & etiam Monachorum Apostatarum dictorum siquidem bona, quæ relinquũt, spolia sunt, iuxta bullam Greg. XIII. i nõ autem in Francia, quæ non admittit constitutiones Papales Bursales, vt loquuntur, etsi affirmet Zerola,[k] non solum in Italia, sed in alijs Regnis & Prouincijs, spolia esse Papæ. Multis in locis spolia, siue quæ supersunt bona Monachorũ regularium, habentium simplicia beneficia, siue officia regularia post illorum obitum, omninò pertinent ad Abbates, etiam fiduciarios, seu commendatarios. In quibusdam alijs, inter Abbatem & conuentum defuncti beneficiarij diuiduntur. Alibi denique relinquuntur omnia ab Abbatibus, vel à Commendatarijs, suis Monachis siue conuentibus.

i n. 44. quæ incipit officii nostri.

k Part. 2. praxis Episcopalis, verbo spolium.

Gallia reijcit aliquas constitutiones Papales.

Aliorum alius mos in spoliorum collectione.

Prælati quidem, & omnes aliæ personæ Ecclesiasticæ, testandi; aut dandi causa mortis & reuocabiliter à San-

cta sede Apostolica facultatem habentes (nisi aliud expressè ferat Apostolica facultas) decimam tantùm bonorum locis pijs donare, aut iure legati relinquere possunt: quæ verò supersunt spolia siue bona Abbatissarum & Abbatum, post eorum obitum inconsumpta, vt & fructus vacationis prælaturæ, ad Monasteria ipsa, aut ad successorem respectiuè pertinent, deductis tamen consumptis à Monasterio vocationis tempore, pro communi vtilitate Ecclesiæ, ac iustis necessarijsq; negotijs Abbatiæ, & Conuentus. At verò de spolijs, præsertim Monachorum, reperio Benedict. 12. cap. 12. suæ Benedictinæ, statuisse aliquando in hæc verba.

Decimã tantùm bonorũ partem legare aliquãdo permittitur regularibus à S. sede. Hac de re videas Nauar. tracta. de redditib. Ecclesiasticis q. 3. mónito. 11. n 4. & 5.

Cæterum astantibus ordinarijs, Abbatibus, Prioribus & alijs Prælatis, religionis eiusdem (hoc est ordinis S. Benedicti) qui bona mobilia Prioratuum, administrationum, & beneficiorum quorumlibet sibi subiectorum vacantium in ipsis, tempore huiusmodi vacationis inuenta, seu illa durante obuenientia, priuilegio, vel cõsuetudine, seu alia causa rationabili ad se asserunt pertinere, districtius inhibemus, né

vasa, vestimenta, seu alia ornamenta quæcũque diuino cultui deputata, animalia etiã tàm pro Agricultura, quàm aliis ipsorum locorum necessitatibus, teneri inibi consueta; vasa insuper vinaria & coquinæ, lectos, & alia suppellectilia, seu vasa (nisi fortè aurea vel argentea fuerint) occupare, vel exindè asportare, aut sibi appropriare præsumant. Quodque in apprehendendis bonis aliys, formam constitutionis fæl. record. Bonifacij PP. viij. Prædecessoris nostri super hoc editæ, diligenter obseruent, ac nihilominus de portione dictorum bonorũ, quæ reuocabiliter eos contingét, quartam partem in augmentum ornamẽtorum Ecclesiasticorum, Ecclesiarum seu Monasteriorum suorum conuertere integraliter teneantur: qui verò secus fecerint, iuxta qualitatem delinquentium personarũ, pœnas incurrant quæ per constitutionẽ eandem eius trãsgressoribus infligũtur. Hactenus Bened. XII. Hæc est autem alia constitutio Bonifacij Papę VIII. ad quam prouocat hoc in loco præfatus Benedictus.

Quartam bonorũ illis obueniẽtiũ morte monachorum aut Monialium beneficia habentium in augmentũ ornamentorũ Ecclesiæ conuertere integraliter tenẽtur Cœnobiarchæ.

Quia (inquit) sæpe contingit, quòd Cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis Ecclesiis vacantibus, capitula, Conuentus, collegia, & singulares eorundem personæ,

bona à Prælatis ipſarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum Eccleſiarum expendi, vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſeruari, occupant, inter ſe diuidunt, ſubripiunt, dilapidant, diſsipāt & conſumunt in earum graue diſpendium & iacturam. Nos ipſorum auſus reprimere, ac Eccleſiarum indemnitatibus præcauere volentes: Decernimus, vt hi qui præmiſſa de cætero præſumpſerint, eo ipſo, ſint & maneāt tandiù ab officio, & beneficiis quibuſcūque ſuſpenſi, donec plenè reſtituerint, quicquid de bonis perceperint ſupradictis, nonobſtantib. quibuſlibet priuilegiis, vel indulgentiis, aut cōtrariis conſuetudinib., vel ſtatutis, iuramēto, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut alia quacūque firmitate vallatis: quæ omnia, quo ad hoc auctoritate Apoſtolica reuocamus, caſſamus & irritamus, ac nullius eſſe firmitatis deinceps volumus.

Quæ conſtitutio, etſi clarè de ſpolijs Prælatorū tantùm, & nō aliorum expreſsè loquatur, obſerua tamē, etiā ad ſpolia inferiorum extendi per Benedictum ſucceſſorem. Extat & alia Nicolai. IV. cōſtitutio, quæ incipit *Regis pacifici*, pro proſpero ſtatu Monachorum Cluniacenſium, Anno Do.

mini 1290. Pontificatus Anno 2. in qua etiam de eisdem spoliis ita disponitur: *Circa ordinationem verò bonorum Prioratuum vacantium, præcipimus, vt in Prioratibus dicti ordinis per mortẽ, aut per amotionem Priorum vacantibus, Abbas Cluniacensis, Palefredum, Cappam, & breuiarium Prioris præmortui (secundum antiquam consuetudinem) habeat; & deductis debitis, si quæ sint, ante omnia, & solutis Monachis etiam ibidem commorantibus, & Priori futuro ac familiæ domus, pro se & suis necessitatibus, vsque ad fructus nouos, prius congrua sustentatione dimissa, relictis etiam ad excolendum possessiones necessariis, ad refectionem domorum, si necesse fuerit, de residuis mobilibus possit recipere quartam partem: Animalia etiam domus, præter dictum Palefredum, decernimus, quod nullatenus possit recipere vel habere, Abbas videlicet*, Hactenus Nicolaus IIII.

3. Verùm, post præfatas Pontificias constitutiones, nulla ratione nobis est omittenda aut negligenda hoc loco, illa alia celebris Pij Papæ in ordine, 44. quæ incipit *Romani Pontificis*, perpetuæ aut æternæ obligationis,

quâ

quâ decernitur & declaratur, quod omnia & ſingula ornamēta, ac vaſa; nec nō Miſſalia, Gradualia ac Cantus firmi & Muſicæ, aliíque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ, etiam auri & argenti, ac quæcunque alia bona, per quoſcunque *Patriarchas*, *Archiepiſcopos*, *Epiſcopos*, *Abbates ſeu Commendatarios*, & alios quoſcunque, quæcunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſæcularia, & *quorumuis ordinum regularia*, in titulum, vel commendā, aut aliàs quomodolibet obtinentes; alia (inquā) bona ad vſum, & cultum diuinum, etiam in ædibus ſuis priuatis & capellis vel oratorijs deſtinata, tempore eorum obitus, ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſ-vis teſtandi, & aliàs diſponendi de bonis per eos, ex altári, vel aliàs quomodolibet acquiſitis facultatibus, per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores & ſucceſſores ſuos, ac per eūdem Pium, ſub quibuſuis tenorib. & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet conceſſis, & concedendis, minimè com-

De mobilib. quæ ad diuinū cultum pertinent, nō poſſunt regulares diſponere per teſtamentum, neque nomine ſpoliorum intelligūtur, ſed Eccleſiæ ſeruantur.

prehendantur: nec sub appellatione spoliorum veniāt, sed ad singulas Ecclesias, Monasteria, etiam conuentu carētia, & beneficia huiusmodi in quibus resederint, at quibus præfuerint, seu quæ aliàs obtinuerint, omnino spectent & pertineant; illaque post eorum obitum, ejsdem Ecclesijs, Monasterijs & beneficijs, etiam in Romana curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illas nunquam accesserint, etiāsi anteà Ecclesiarum & Monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata & incorporata sint, & esse censeantur: ita quòd liceat illis defunctis in eijsdem Ecclesijs, Monasteriis & beneficiis, successoribus, & Ecclesiarum Monasteriorumque huiusmodi capitulis & conuentibus respectiuè, illa propria auctoritate apprehendere liberè, ac eorum Ecclesiis & Sacristiis applicare & incorporare, ac quæcunque relicta, donationes, legata, testamenta, codicilli, item vltimę voluntates, seu spolia, desuper, hoc est ad vsum & cultum diuinum pertinentia vel destinata, & contra dictæ

conſtitutionis tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad præmia, nulla & inualida; nulliuſque valoris & momenti exiſtant, perſonis etiam Eccleſiaſticis ſeu locis pijs aut Eccleſiaſticis quibuſcunque, in quarum ſeu quorum fauorem, pro tempore facta fuerint, minimè ſuffragentur, nec per ea eiſdem perſonis ſeu locis, vel alijs Eccleſijs huiuſmodi, aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimò, res ſacras aliave bona prædicta, quocumque nomine, vel titulo, pro tempore detinentes, ad illa, Monaſterijs, & Eccleſijs ac beneficijs, per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt præfertur, iuxta hujus conſtitutionis tenorem, realiter & cum effectu reſtituendum & conſignandum, quibuſuis diſpoſitionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis, omninò teneantur, & ad id per cenſuras & pœnas, etiam furti & ſacrilegij, aliaque iuris & facti remedia oportunè cogi, & compelli poſſint & debeant. Quæ omnia, tàm de Prælatis & alijs minoribus be-

Obſerua hic dici quo ad præmia, vt non condemnentur & cōprehendātur obſequiorū remunerationes, ad quas erga ſuos famulos & famulas omni iure obligari omnes Prælatos, etiam Regulares vtriuſque ſexus ſuperius docuimus. cap. 7.

neficiarijs, quàm de Abbatissis & alijs Monialibus beneficiarijs, imò & de fœminis canonicis, in casibus illis congruentibus intelligenda sunt.

Regula diligenter obseruanda.

„ Verbum enim QVICVNQVE in „ constitutionibus positum, siuè ma„teria sit fauorabilis, siuè odiosa, de masculino, & fœminino debet intelligi, pro-vt iam dictum est.

Monachos esse pensionarios non aduersatur voto paupertatis.

4. Absque jactura voti paupertatis, non solũ Monachi & Monachæ possunt esse beneficiarij & beneficiariæ, in titulum, aut ad nutum ex Trid.[l] (dummodò sint professi aut professæ in ea religione, cuius est beneficium regulare, aliàs non) sed etiam pensionarij, & pensionariæ: cùm enim incapax beneficij, sit etiã incapax pensionis, saltem, secundum stylũ curiæ, qui est seruandus vt expresse tradit Nauarrus ex plurib. alijs[m] consectariè, qui ad beneficiũ est idoneus, est & ad pensionem, Monachus aut Monialis, possuntque fructus pensionum Ecclesiasticarum, quas obtinent, reliquatos (vt aiunt) & seruatos, impendere in opera pia, pro suo libito, & absque alia Prælati licentia, vt docent expresse

l *Sess.* 14. *cap.* 10. *de reform.*

m *Li.* 1. *Cõs. tit de temp. ordin. Cons.* 11. *num.* 2, 23. *Syluа.* 3. *part. q.* 3. *n.* 17. *Zerola in prax. Episc.* 2. *part verb. pensio.* § .6.

ijdem Nauarrus[n] & Zerola non tamen ex testamento vt clerici sæculares possunt, quib. intestatis succedunt hæredes in relictis per eos ex suis benef. & pensionibus, vt ex Couar. & alijs abundè probauimus cap. septimo[o] verùm pensio Ecclesiastica, pro Monachis aut Monialibus, sine Papa, etiam ab Abbate & conuentu creari & obligare non potest, vt comprobat ipse Nauarus.[p] Estque generaliter ,, Simonia in Monachis, Monialibus, ,, & quibuscunque clericis, transferre pensionem. N. cum pacto, quod transferens, nonobstante translatione, pensione eadem quoad vixerit, gaudeat.[q]

,, Et quod maximè obseruãdum est, ,, facultas concessa regularibus, etiam ,, per sacrum Concilium, vt dictum ,, est, & ex quotidiana praxi, habendi ,, regularia beneficia simplicia, in titu- ,, lum, aut ad nutum, vel pensionem ,, Ecclesiasticam, exaudienda est etiam ,, de qualibet alia concessione, seu ad- ,, ministratione concessa, legitima ex ,, causa regulari, vt volunt Rebuff.[r] ,, Oldradus,[s] & Zerola,[t] vt latius in

n Li. 3. Cõs. Cons. 60. n. 1. & 4. tit. de prabend.

o Part. 2. verb. pensionarius § vltimo prax. Episcop.

p Eod. lib. 3. Cons. 1. tit. de his qua fiunt à Pralat. sine Cons. cap.

q Nauarr. eod. lib. Cõs. titul. 46. de prabend.

r tit. de disp. fact. cũ reg. num. 24.

s Cons. 221. & 222.

t Part. 1. verbo beneficiũ § . 5. fol. 18.

Mendicantes ex Prælatorũ suorũ concessione. possunt administrare mobilia.

u *Lib* 3. *Cõsil. tit de regul.* Cõs. 20. *per totum.*

sequentibus deducturi sumus: imò verò regularis etiam mendicans, ex licentia sui Prælati, nonobstante eodem Concilio, habere potest administrationem & peculium rerum immobilium, vt sequentibus comprobabitur, & ex patet manifestè ex casu omnino obseruando apud Nauarrum, [u] cuiusdam nimirum R. P. Generalis Ordinis Eremitarum sancti Augustini, qui de consensu Prioris & Conuentus Romani, concesserat post Concil. Trident. Ecclesiam quandam præfato vnitam Monasterio, vnà cum quodam horto & quibusdã annexis cuidã Monacho sui ordinis ad eius vitam; ea tamen lege, vt solueret certos census annuos, quasdam etiam Missas celebraret, dictamque Ecclesiam & omnia ad illam spectantia regeret, & vt posset, melioris conditionis efficeret.

Quod ritè factum & fieri potuisse eo loco pluribus confirmat Nauarr. quem sequitur Frater Eman. Rodericus. [x]

x *Tom.* 2. *q. Regula q.* 57. *artic.* 2. *fol.* 172. *col.* 1. § 1. *sed dubitatur.*

CAPVT NONVM.

SVMMÆ.

1. *Quæritur, disceptatur & tandem affirmatiuè probatur, quod simplices Moniales & non beneficiariæ, possunt absque iactura voti paupertatis, administrare dotes siue annuas pensiones illis pro vita à parentibus assignatas, cum licentia suarum Abbatissarum, aut Priorissarum.*

2. *In quo discriminetur beneficiarius Regularis à simplici beneficiario.*

3. *Quæstio noua proponitur & resoluitur: An beneficiarius, pensionarius aut portionarius Regularis, quod acquirit, Ecclesiæ, aut Conuentui vel Monasterio acquirat?*

4. *Pulchra alia differentia inter beneficiarium regularem, qui præbendam tantum habeat ex mensa communi, & simplicem pensionarium regularem.*

5. *Differentia inter Dominium & proprietatem, vsum-fructum, vsum, qui est ius, & vsum facti tantum, omninò necessaria ad veram & exactam voti paupertatis intelligentiam.*

6. *Proprium duobus modis sumitur, videlicet*

pro dominio, proprietate, aut vera possessione rei: aliquandò autem pro simplici detentione, vsu, aut administratione facti tantum.

7. *Quid propriè sit ius administrandi, licitum professis Regularibus.*

8. *Valet statutum iusta de causa factum, vt Monasterium det solum victum Monialibus, & pro vestitu habeant ea, quæ labore manuum suarum lucrantur.*

9. *Quæ vtilitates & commoda ex administrationibus pensionum, concessis Regularibus, præsertim Monialibus, proueniant.*

10. *Obseruandum exemplum allatum ex Nauarro, cuiusdam reformationis quarundam Monialium, quo copiosius describuntur & confirmantur præfata commoda.*

QVia superiori capite, à beneficiis Ecclesiasticis, ad pensiones deflexìmus, (quæ sanè beneficia non sunt, licèt à beneficiis dependeant, vt clarè docet nominis ethymologia; pensio siquidem dicta est à pendeo, quòd aliundè dependeat) caput istud materiæ pensionum ex professo assignauimus, disputatur autem.

1. Num, post Concilium Tridentinum, annui redditus, seu pensio, aut dos annua, & quæ cum persona extinguitur, data regulari aut Moniali paulò antequam profiteretur à parentibus, possit concedi per superiores, & ab ea administrari absque voti paupertatis dispendio?

Huius quæstionis affirmatiuam tenent, Gomes[a] & Abbas;[b] quia nimirùm redditus, qui cum persona extinguntur, inter mobilia, non autem inter immobilia computari debeant. Hoc verò alij negant, & inter eos Folerus:[c] hincque volunt, Moniales nō posse mobilia (quæ tantum administrare valent) donare nec consummare, vt loquūtur, sed iis vti tantùm, etiā si Monialis sit feudataria; nam feudum durante eius vita, manet, quo-ad commoditatē tantùm, penes Monasteriū.

a *Quæst. 1. col. 3. de triē. poss.*
b *Cons. 13. col. 4. lib. 2.*
c *Pract. crimi. part. 1. & 2. n. 13.*

Verùm, affirmatiua probabilior, maximéque ex Nauarro inter cæteros stabiliri & confirmari meritò potest: atque imprimis, ex commentario 4. de regularibus, in can. *Statuimus*, [d] ibi enim ad quæstionem illam nouam, sed quotidianam respondens; An regula-

d 19. q. 3. ni 68. & 69.

ris simplex, beneficio carens ecclesiastico & regulari, & habens pensionem sibi constitutam, quærat sibi, an suæ pensioni, siue eius administrationi, an Monasterio & ordini suo, ea, quæ ex illa quærit, vel aliundè ex successione, donatione, vel sua opera & industria? hæc habet: nimirum, quod pensio regulari constituitur dupliciter. Interdũ quidem à suo ordinario prælato, in bonis Monasterii, iusta aliqua de causa; putà ad se sustentandum in scholis, ad gerendum negotia in curia, aut alibi; vel etiam pro vestiario, seu victu intra Monasterium. Interdum etiam à Papa conceditur regulari pensio, super aliquo beneficio, vel aliis bonis ecclesiasticis, ad sanctam sedem Apostolicam, vel ad alias Ecclesias pertinentibus; quanquam inter vtramque hanc pensionis concessionem, magna sit differentia: nam pensionem à superiore regulari concessam, potest ad nutum idem superior ordinarius reuocare; impositá verò secundo modo, solus Papa: sicque singulariter determinat & concludit idem Nauarrus ex Panorm. recepto & Decio; neuter ta-

Pensio regulari dupliciter constituitur, videlicet à suo ordinario Prælato aut à Papa.

Quæ sit inter vtrãque concessionẽ differentia.

:n horum sibi quidquam quærit pro ministratione pensionis concessæ: ia regulares professi sunt incapaces quisitionis temporalium sibi, vt la- docet idem: [e] quærit verò ipsi pen- ni; hoc est administrationi pensio- ;, siue iuri, quod habet eam admini- andi ex Papæ aut Prælati concessio- , ea, quæ ex ipsa pensione, vel eius usa proueniunt: ita vt eodem modo ossit administrare quæsita ex ea, ac m ipsam,

e Commēta. 1. de regular. n. 13. & 20.

V. g. si haberet pensionem conces- am centum aureorum annuorum, x suis vsibus impenderet tantùm quinquaginta: si decem annis ac- quireret quingentos, vel quinqua- ginta annuis superfluentibus, de illis ta disponere posset, ac de ipsa sum- ma pensionis annuæ; quia, qui con- cedit principale, videatur & accesso- rium concedere. [f]

Tum etiam, quia dicta pensio sit quoddam peculium; & regularis abens illud, quicquid acquirit ex eo, quirit illi, vt docet idem Nauar- us, [g] ponens differentiam inter regu- rem habentem beneficium, & ha-

f Arg. l. cùm principalis. ff de reg. iur. & cap. acces- so. eod. tit. lib 6.

g Comment. 2. in cap. Nō dicatis. n. 13.

bentem administrationem peculij tantùm.

Quæsita ex pensione aut eius causa, per regularem, qui eam administrat, eo mortuo, quæ residua remanent debentur suo Monasterio, vel ordini cui aliàs quæreret; quia de illis testari non possit, nullumque alium hæredem habere possit ab intestato.

2. In eo verò discriminatur beneficiarius à pensionario. Beneficiarius (inquam) qui tantum habeat beneficium, cui non sit vniuersitas seu corpus bonorum separatum ab aliorum bonis communibus, sed qui solùm recipiat portionem vel præbendam, ex Ecclesiæ vel Monasterij bonis; quòd, quæsita ex eis, beneficio non quærat, sed Ecclesiæ: pensionarius autem, pensioni.

3. An autem Ecclesiæ, aut Monasterio ex cuius bonis communibus recipit suam portionem? quæstionis est nouissimæ & quotidianæ, in illis præsertim regularibus, qui per dispẽsationem Apostolicam, habent Canonias, præbendas, vel alias portiones in Ecclesijs Cathedralibus & collegiatis, vt

ſtris temporibus (dum viueret) ha- it Romæ in Eccleſia S. Petri Reue- ndiſſ. Pater, Frater Thomas Man- :us Magiſter ſacri Palatij, ordinis Prædicatorum. Quod tamen ita re- ſoluit Nauarrus, vt iuri propiùs ar- bitretur quærere Eccleſiæ, ea, quæ ex tali beneficio quæreret; ea verò quæ aliundè, Monaſterio & ordini ſuo.

Illi autem regulares, qui habent ræfecturas ſeu Prælaturas, dignitates, el aliud beneficium, habens vniuer- itatem, aut corpus bonorum ſepara- um ab Eccleſia, quod acquirunt, non Monaſterio, ſed ſuo beneficio pror- ius acquirunt, in acquiſitiſque & ſu- perfluis beneficium ſuccedit, non Mo- naſterium; niſi fortè adſit legitima & præſcripta quædam ordinum, aut Mo- naſteriorum recepta contraria con- ſuetudo, optima iuris communis in- terpres; indéque, conciliat Barto- lum[h] cum Panormitano.

Bartoli ſiquidem ea eſt opinio, vt beneficiarius regularis acquirat be- neficio ſuo quæſita ex illo, quæſita ve- rò aliundè, ſuo ordini & Monaſterio. Contraria autem ſententia Panor-

h *in l. ſeruus communis. ff de ſtipul. ſeruor.*

mitani, quæ est Canonistarum communior, tenet, omnia acquirere beneficio, & nulla Monasterio. Ita (inquam) eos conciliare nititur Nauarrus, vt opinio Panormitani locum habeat tantùm in beneficiariis regularibus, habentibus Prælaturam vel aliud beneficium, cui vnita sit massa quædam seu corpus bonorum speciale & separatum ab Ecclesia, cuius est beneficium. Bartoli denique, in aliis beneficiariis, qui pensionem vel præbendam, ex mensa communi tantùm.

4. Tales insuper posteriores beneficiarij, in eo etiam à pensionario regulari differunt, quòd pensionarius non possit administrare, etiam dum viuit, aliundè quæsita, beneficiarius verò, sic: quamuis in eis Monasterium vel ordo post mortem ei debeat succedere. Tùm quia titulus ille beneficiarii, iure communi faciat eum idoneum ad administrandum, & faciendum in iudicio & extra iudicium sine licentia superioris, ea, quæ ad ipsum pertinẽt, iuxta gloss.[i] qualem non facit pensio; tùm etiam, quia videatur id habere

[i] *In clem. Religiosus de procur. & in cap. Religiosus, de testament. libro. 6.*

onsuetudo, quæ est optima legum
ıterpes, vt dictum est.

5. Quin ad superiora, imò & ad alia
uæ ex voto paupertatis regularium
ependent clarius intelligenda simul
: confirmanda, maximè obseruan-
um, quòd dominium & proprietas
ıusdem rei, idem sunt Iurisperitis:
quodque Dominiũ siue proprietas,
:t ius perfectè disponendi de re, nisi
ge prohibeatur, saluo iure alterius,
: colligitur ex Bartolo [k] & Aret. Ex
uibus sequitur, differentiam esse in-
:r dominium, vsum fructum, vsum
ui est ius, & vsum facti tantùm. Do
inus de re ipsa disponit: vsu-fru-
uarius, de solis fructibus rei: vsua-
us, de solis fructibus ad suum vsum
ıntùm, ita quòd nec donare, nec lo-
ıre potest quicquam ex eis: vsum
ıtem simplicem facti, qui non ius,
ıbent seruus in eo quod vestit;
›nuiua, in eduliis abinuitante sibi ap-
›sitis: & generaliter omnis regularis
›n solum ordinum mendicantium,
d & aliorum omnium habentium
›na in communi, quorum de nume-
› sunt hodiè omnes, præter Francis-

k *l. naturaliter. § nihil commune ad iuncta l. si quis 6. §. differentia ff. de acquis. possess. Id. l. ff. §. differentia.*

Differentia est inter dominium, vsum-fructũ, vsum qui est ius, & vsum facti tãtùm.

m Sess. 25. de regularib. c. 3.

canos Obseruantes, & Capucinos, post Trident.[m] talẽ etiam vsum habet in rebus alienis, constitutus in extrema necessitate, & hoc est quòd Nauar.[n] docet ex Soto.

n d. comm. 1. de regul. quæsito 15. n. 13. in fine.

Propriũ dicitur duobus modis.

6. Obseruandum insuper, quòd proprium dicitur duobus modis. *Primò* quidem quo-ad Dominium, & proprietatem, vel quasi, vel quo ad veram possessionem, aut quasi iuris pecuniariæ rei, vel quo ad vsum fructuum, vel vsum, præsertim quatenus sunt iura, qualis generis proprij; DEVS & soli homines liberi sunt capaces suo & proprio nomine.

Secundò modo, quo-ad detentionem, vsum, & administrationem & possessionem facti tantùm, cuius sunt capaces religiosi, & quicunque alij homines, etiam serui, nomine suo.[o] Et primi quidem generis proprij rei pecuniariæ, regulares sunt incapaces; quia per votum solemne paupertatis, omnibus eis iam quæsitis & quærendis, imò & capacitati quærendi renunciauerunt: atque in tali renunciatione, sita est positaque vera regularis, & quæ solemniter profitetur & vouetur in religioni-

o L. stipulatio ista §. hac quoque. ff. de verb. oblig. & ca. Monachi de stat. Monach.

gionibus approbatis paupertas ve-
eque non aliter regularem perſonam
fficit, vt tradunt Canon *Non dicatis*
& caput & *Cum ad Monaſterium* q &
). Thomas. r
7. Ex quibus optimè notat Nauar-
us, f ius ſolum adminiſtrandi non
ſſe dominium, nec vſum fructum,
ec vſum, ſed ius tantùm diſponendi
e re aliena, nomine alieno, gratis, vel
um ſtipendio, ſiue honorario t Ne-
ue peculium, ſiue ius vel admini-
ratio peculij, eſt dominium, vel qua-
dominium (ait ille.) Ex his igitur
mnibus, ſatis ſuperque probatum (ni
llor) adminiſtrationem annuæ pen-
onis, quæ cum perſona extinguatur,
oncedi poſſe pro victu. Et quidem
an. *Non dicatis* habetur, Monachum
hil habere, poſſidere, dare, vel acci-
ere poſſe, ſine licentia ſuperioris;
uib. ſignificatur palàm id facere poſ-
, cum eiuſdem ſuperioris licentia.
uod probatur ex cap. *Monachi* u in f
, vbi permittitur Monachis habere
culium de Abbatis licentia, pro in
ncta adminiſtratione. Facit & caput,
viduis: x habet enim viduas & virgi-

p 12. q. 1.
q *De ſtat. Monach.* §. *finali.*
r 2. 2. q. 186. *art.* 3. & 6.
f *Comment. citato. n.* 14. *queſt.* 16.
t *In rubr. ff. de adminiſtr. tut. & de adminiſt. rerũ ad ciuit. pert. & cap. Grandi. de ſupp. negl. Pral. in* 6.
u *De ſtat. Monach.*
x 27. q. 2.

nes, posse fieri regulares, & manere in domibus suis secundum intellectum glossæ: at certum est, eas sic non posse absque proprio peculio viuere. Et quamuis possit vtcunque responderi illi textui; est tamen alius (vt ait Nauarrus)[y] irrefragabilis & singularis in cano. *Insinuante*,* qui habet, fœminam fieri posse verè religiosam, vouẽdo regulam in Monasterio virorum non intrando illud, & manendo in domo, quæ sua erat ante professionẽ: quo casu, quis non videat necessarium esse, eam habere aliquod peculiũ proprium, quo se sustentet?

y *Comment. 2. de regul. notab. 4. n. 14.* * *tit. qui cler. vel vouent.*

8. His omnibus, accedat & illa Ioãnis „ Andreæ decisio. Quod nimirùm, „valet statutum iusta de causa factum, „ vt Monasterium det solum victum „ Monialibus, & pro vestitu habeant „ea, quæ labore manuum suarum lucrantur: quod in multis Monasterijs in praxi se vidisse testatur Nauarrus,[z] & nos quotidiè videmus: multò igitur honestiùs pro eodem vestitu, similibusque aliis personalibus necessitatibus, quas alioquin Monasteria Monialibus suppeditare tenerentur, pos-

z *D. Comm. 2. de regul. notab. cit. & n. eodem.*

ſunt concedi penſionum (de quibus quæſtio) adminiſtrationes.

9. Quæ vt idem Doctor alibi ſcribit, id commodi afferunt & vtilitatis, quia Abbatiſſas & officiales, à labore & inquietudine non mediocriter releuent. Tũ etiã, quia vt experientia cõprobat, quando per ſeipſas adminiſtrant Moniales, quæ ad veſtitum, & ſuppellectilem neceſſaria ſunt, longè parciùs illa ſibi ſuppeditent, majorique cum diligentia conceſſa conſeruent, quàm ſi illis ab Abbatiſſis aut cõuentu immediatè conferrentur.

10. Nauarrus [a] meminit quorumdam reformatorum, volentium reducere ad integram & perfectam reformationem quaſdam Moniales, quæ victitabant quidem (ait) in eadẽ menſa, & ex eadem culina, & ex eadem cella penuaria & vinaria, facientes tamen præparare ſingulæ pro ſuo arbitrio, panem, vinum, opſonium, multum aut paucum, id tandem tamẽ non potuiſſe efficere, hoc eſt, reducere ad deſideratam communitatem: quia ex ſupputatione, apparuiſſet in victu omninò communi, eas egere pluſ-

a Cõmenta. 3. de reg. à n. 29. ad 31. ſed præſertim n. 29.

quàm tertia parte eius, quo honestè & sua parte contentæ, in sua imperfecta communitate conuiuebant. Ad vestiendum verò, se ex communi vestiario egere, plus circiter dimidio eius, quo seorsim & separatim vestiebātur. Vt inde clariùs naturalis & innatus nobis defectus innotescat, quo negligere solemus, quod communiter possidemus, [b] aut administramus.

[b] *Leg. 2. Cod quando & quibus 4. pars. debeatur. lib. 10.*

„ Vndè, in communi administratio„ne (ait idē Nauarrus) minùs reliqui „fit, minusquè custoditur; major est „cura nouorū, & politiorum calceo„rum & indumentorū; minor, seruā„di & sarciendi rupta. Vt indè etiam videamus, nō absque ratione & caussa etiam iusta, pluribus in Monasterijs vtriusque sexus, sed præsertim Monialium, tàm Franciæ, quàm Lothaῤingiæ & Hispaniæ, dari aliquid quotannis, vel earum rerum lucrum, quas proprijs manibus & operibus factitant & conficiunt: vel administrationes quarumdam pensionum ex parentibus, ad earum tantùm vitam, pro suo vestiario, & aliis priuatis & personali-

ous neceſſitatibus: maximè, ſi ex conſtitutionibus teneantur prædicta adniniſtrare & impendere, in honeſtis, piis, & neceſſariis vſibus tantùm, & ex peciali Prælatæ licentia, in ea ſumma, quæ ſit alicuius ponderis & momenti. Experientia etenim docet, indè ſequi majorem jeiunij & abſtinentiæ, aſtitatis & modeſtiæ, aut in victu ſimplicitatis occaſionem.

Neque profectò minus verum, quã ritum & vulgare illud adagium, NON X PECVLIARI, SED EX CORIO ALIEIO, LIBERE FIERI CORIGIAS LONAS. Conſequitur etiam indè occaſio iuãdi pauperes ſcholaſticos & orhanos, aut augendi numerũ Moniaũ, ex ijs, quæ ſuperſunt; aut eadẽ ſuis Ionaſterijs relinquendi, pro ſalute aimarum ſuarum. Videas plures alias itiones conſideratione dignas, apud ctum Nauarrum,[c] ex quibus iuſticare liceat prædictas adminiſtratioes, in Monaſterijs, præſertim nõ mẽcantium, & etiam in mendicantiis, in quibus, ex legitima temporis æſcriptione introductę fuerint, ſi (vt ſcripſimus) obſeruentur. Quæ ta-

c *Loco citato & numeris ſequentibus.*

men, in quibus Monasterijs nusquam adhuc locum habuêre, non sunt introducendæ, illis enim certè maximè præponderat perfecta & in omnibus communis viuendi ratio & consuetudo.

CAPVT DECIMVM.

SVMMÆ.

1. *Adferuntur quædam argumenta ex iure nouo Concilij Tridentini, in assertiones præcedentis capitis, quæ iure antiquo innitebantur.*

2. *Repetitur obseruanda omninò duplex illa proprij species & vsurpatio, allata eod. cap. præcedent. num. 6. secundaque in tres alias omninò mente retinendas proprij species subdiuiditur.*

3. *Pulcherrima totius difficultatis solutio exspectabilibus interpretationibus Concilij & canonum.* Non dicatis, Monachi, & Cùm ad Monasterium.

4. *Non est ab antiquo iure recedendum, nisi qua-*

tenus cogit nouum & poſterius.

5. Locus alius, ex quo nonobſtante Concil. Trident. probatur etiamnum ſuperiores Regulares poſſe concedere peculium ſubditis.

6. Notanda Nauarri opinio pro iis, qui per portiones viuunt priuilegiatas, vt dicunt.

7. Exemplum memorandum alicuius adminiſtrationis conceſſæ cuidam regulari, ex Iordano de Saxonia Doctore celebri, & à Nauarro commendato, deſumptum.

8. Aliud ſpectabile exemplum ad eandem rem faciens, cuiuſdam nobiliſsimæ virginis Hiſpaniæ, tempore pij Papæ Quinti.

9. Vt Regularis habere poſsit peculium aliquod, aut vt dare & accipere valeat, licentiam ſuperioris ſufficere tacitam vel præſumptuoſam, quomodo intelligendum ſit?

10. Vt plurimum eadem vis eſt taciti & expreſsi.

11. Quæ ſit cauſa iuſta peculium concedendi, relinquitur iudicio viri prudentis decidendum, attenta neceſsitate & vtilitate.

2. Neceſsitas aut vtilitas duplex, priuata & publica. Quæ ſit vtilitas priuata?

. Quæ ſit neceſsitas aut vtilitas publica?

. Licet prælatus omnis Papæ inferior teſtari

non possit, nec testandi suo subdito facultatem facere, quid tamen possit concedere, vel capitula, ubi sunt bona diuisa à prælato?

15. *An qui de licentia prælatorum iniusta, superflua penes se tenent, & prælati ipsi bonorum regularium, siue Monasteriorum prodigi, sint proprietarij dicendi, & proprietariorum pœnas ex Concil. Triden. incurrant?*

1. Video equidem quosdam, fortè, quæ dicta sunt, attento solo iure antiquo, concessuros, reprobaturos autem nunc temporis, ratione sacri Concilij Trid. quod sanè, quæ diximus, euertere satis apertè videtur, ac primò in principio cap. secund.[d]

d Sess. 25 de regul.

Nemini (ait) *regularium tàm virorum quàm mulierum, liceat bona mobilia vel immobilia, cuiuscunque qualitatis fuerint, etiã quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus, possidere vel tenere; sed statim ea superiori tradantur, conuentuique incorporentur.*

Item idem ibidem: *Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usum fructum, usum,*

vel administrationem, aut commendam: Administratio autem bonorum Monasteriorum siue conuentuum, ad solos officiales, ad nutum superiorum amouibiles pertineat: mobilium verò vsum, ita superiores permittant, vt eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat, nihilq; superflui in ea sit. Per quæ vetatur dari peculium, etiam mobilium, vltra certum modum.

2. Pro quorum omnium clara intelligentia & concordia, repetenda quidem hoc loco est ea, & omninò notãda, quæ superius ex Nauarro [e] deducta est duplex *Proprij* acceptio, seu duplex genus. Vnum quidem, quod proprium aliquando sumatur quo-ad ve-:um dominium, & veram proprieta-em, qualem habent homines sæcula-es. Alterum verò, quod proprium liàs etiam sumatur pro libera admi-istratione Ecclesiastica; hoc est, re-um Ecclesiasticarum, qualem habent eneficiarij Ecclesiastici; talis siqui-em administratio, peculium dicitur. *ubrica de peculio clericorum.* [f] Et hæc sanè peculij siue proprij se-nda acceptio, in tres alias proprij

[e] *Comment. 1. in can. Cui portio. q. 15. n. 13. 14. & 15. & Com. 2. n. 15.*

Duplex proprij acceptio.

[f] *Can. quo iure. 8. dist. & toto titul. ff. de acqui. rer. dom.*

Secũda proprij acceptio in tres alias subdiuiditur Species.

seu peculij species subdiuiditur. Quarum *prima* peculium illud constituit, quod conceditur administrandum in vtilitatem & damnum concedentis tantũ, quale est quod committitur officialibus Monasterij, & obedientiarijs; vt villæ, aut domus administrandę Monasterij nomine, reuocabiles ad nutum superiorum, de quibus agitur cap. *Monachis*[g] in fine: & cap. *Cùm ad Monasterium.*

g Extr. de stat. monach § tales.

2. Species.

Secũdæ verò speciei peculium, illud aliud est, quod conceditur in vtilitatem & damnũ accipientis, sine vlla pensione & onere, vel ita, vt certam pensionem soluat, aut aliquod onus expleat, & reliquum commodi, vel damni ei cedat, ad disponendum de eo in suos honestos & pios vsus tantùm, cuiusmodi est proprium, quod habent beneficiarij, & multi iam senes, vel infirmi de religione bene-meriti, quibus aliquæ domus salubriores solent concedi ad nutum superiorum reuocabiles, de quibus meritò intelligi videtur caput citatum *Cùm ad Monasterium.*[h]

h § tales.

Nec aliqui committatur (ait) *aliqua obedientia perpetuò possidenda tanquam in sua*

ſibi vita locetur, ſed quùm oportuerit amoueri, ſine contradictione qualibet reuocetur.

Non committatur aliqua obedientia (hoc eſt peculium) perpetuò: ergo ad tempus & ad nutum quædam concedi poſſunt, maximè pro pijs & honeſtis vſibus.

Tertia ſecundi generis proprii ſpecies illud dicitur, quod conceditur in commodum vel damnum accipientis, cum facultate tacita aut expreſſa diſponendi pro libito, in quoſcunque vſus etiam prophanos, vt poſſet ſæcularis de ſibi verè proprio. 3 *Species proprij.*

3. Vt igitur noſtri inſtituti & quæſtionis nodum præcipuum diſſoluamus; Dicimus cum Nauarro, Canonē *Non dicatis*, & capita *Monachi, Cū ad Monaſteriū, & ſecundum Concil. Trid.* i præcipuè probare, quòd nihil habeat aut habere valeat regularis, ſiue beneficiarius ſiue ſimplex fuerit, proprium primi generis, cuiuſcunque iuris pecuniarij, etiam quoad jus adminiſtrandi nomine proprio: ſi ſimplex fuerit Monachus, etiam quoad vtendum eo per vſum facti, non autem

Reſolutio nodi principalis huius materia & quaſtionis mente retinenda.

i Seſſ. 25. de regul.

nomine alieno gratis (vt dictum est) de licentia iusta Prælati expressa vel tacita. Iura igitur prædicta ita sunt intelligenda, vt vetent primum genus proprij, & tertiam speciem secundi generis; vel etiam secundam, si absquè iusta & honesta rationabilique causa concedatur.

Ex quotidiana siquidem experientia satis ac nimium discimus, hæc peculia, aliquandò cum iusta causa, interdum verò, absque illa concedi. Et quidem, si huiusmodi decreta citata tàm ex Trid. quàm ex antiquiore iure aliter interpretarentur, expressè dictum Tridentinum, Concilio Lateranensi[k] repugnaret, ex quo caput *Monachi* desumptum est, & in quo ita expressè legitur: *qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum, à communione remoueatur altaris.* Ex quibus verbis, omninò manifestum, non omne, aut simpliciter & absolutè peculium esse interdictum Monachis, per allegata Concilia & iura, sed tantùm peculium seu proprium primi generis, aut tertiam speciem secundi; vel etiam se-

k *Sub Alex. 3. cap. 10.*

cundam, nisi adsit Abbatis licentia tacita, vel expressa, cum iusta, & legitima causa.

„ Neque enim ab antiquo iure re„cedendum est, nisi quatenus cogit „nouum; expeditquè iura iuribus cõ„cordare. Qua ratione autem commodiùs, Lateranense Concilium cum Tridentino concordari possit, quàm vt cum Nauarro ostendimus non video; maximè cùm dictum Trident. quando prohibet 1 superioribus regularibus concedere bona stabilia regulari, etiam ad vsum-fructum, vel vsum, administrationem aut commendam, nihil noui iuris videatur inducere, sed solum continere declarationem principij capitis *Cùm ad Monasterium*. §. *Tales*; in quo obedientia quidem perpetua, hoc est ad vitam possidenda, in regularibus omninò condemnatur: expressè verò temporaria siue ad nutum superioris amouibilis cõceditur. Finis etiam dicti capitis secundi Concilij videtur tantum continere jus cõmune, solùm enim continet, effectu, non debere Prælatum concedere simplici regulari peculium rerum mobi-

1. Sess. 25. de Regul.

Vidè Nauar. com. 3. de regul. n. 32. vbi amplè hanc materiã pro Canonicis regul. tractat.

lium superfluum, quod nec ante Cõcilium licebat.

Vndè concludi meritò posse videtur, Decreta dicti capitis secundi Cõcilij, & alia iura citata, intelligēda esse hoc modo, nempè, quòd prohibeant solùm regularibus peculiũ, siue proprium primi generis, aut tertiam speciem secundi, vel etiam secundam, sine iusta causa, non autem primam, aut eandem secundam ex causa legitima & honesta.

5. Est & alius locus, in quo non obstare idem Concilium Trid. videtur, quominus superiores ordinum possint concedere peculium subditis, vt probat idem Nauarrus:[m] quia ex Cardinali, iura capitis *Monachi* & *Cùm ad Monasterium* præmonitionem requirebant, & in Trid. in fine capitis primi præmittantur etiam verba, quæ significent debere præcedere institutionē & vitæ compositionem, quæ non ad priuatos & singulos, sed ad prælatos ipsos, & capitula generalia aut prouincialia pertinent; tùm quia, par sit credere quod non fuerit obtemperatum illi statuto generalis Concilij La-

m *Loco proximè citato. n.* 32.

teranen. iuxta expositionem prædicti Cardinalis; tùm etiam quia hactenus Concil. Triden. vsu & more receptum non sit (ait Nauarrus) alioqui, vt subiungit, omnes ferè ordinum omnium, etiam Capucinorum, peccarēt mortaliter; quùm vix sit vllus, qui etiam post publicatum & acceptatum Concil. Trid. statim tradiderit, & nūc adhuc tradat omnes res suas peculiares, vestes, calceos, calculos precatorios, libros, & alia similia.

Quas ob causas excusentur Monachi, & Monachæ per portiones viuentes priuatas.

„ Vndè, à peccato excusat, etiam post „dictum Triden. regulares viuentes „per portiones, quas vocant priuile„giatas, donec reformatio legitimè & „oportunè accedat: aut si causa parti„cularis legitima eos excuset; vt quia „refectoriū, dormitorium-vè non ha„beant: aut quia congregatio aliorum „Monasteriorum ordinis, ad instituē„dam formandamque reformatio„nem, vt statuit Concilium, non „ fiat.

„6. Hinc concludit [n] se in ea esse opi„nione, vt arbitretur gratum fore D. „Opt. Maximo, in locis in quibus à tē„pore, cuius initij non sit memoria,

n Loco citato. n. 36. in fine.

„ seruatus est modus viuendi per di-
„ ctas portiones priuilegiatas (quas alij præbendas vocant, de quibus idem amplè tractat, & eas defendit) o si seruaretur & in futurum occurrentibus causis, quas deducit in quæsito. 8. quarum plures superiùs allegauimus; reliquæ apud eumdem videantur.

o D. Com 3. quæsito. 7. n. Commentarij. 25.

7. Scribit etiam Iordanus de Saxonia Doctor celebris, p quedam Prouincialẽ sui ordinis Eremitarũ sancti Augustini, insignem aliquem lectorem constituisse, qui cupiens tàm sui ordinis, quàm suæ necessitati prouidere, partim ex patrimonio, partim verò ex amicorum donis, magnam pecuniæ summam de superioris licentia impẽdit in emendis libris; & ex eo quod superfuerat, redditus nomine sui Conuentus comparauit, literasque & scripturas, siue instrumenta authentica super iis confecta superiori tradidit: postea verò, Prouincialis ex officio suo, & cum consensu Prioris & Conuentus sanxit, vt Conuentus *Procurator*, redditus quidẽ illos reciperet annuatim, receptos autem traderet ejdem lectori, ad suos vsus quo-ad viue-

p Lib. de vitis seu gestis patrum parte 3. cap. 9.

Casus notatu dignus.

ret

ret, expendendos; eo autem mortuo, ijdem redditus & libri, Conuentui deseruirent. Nauarrus loco citato, id quidem ritè factum fuisse, regulæq; tàm Canonicorum, quàm Eremitarum S. Augustini nullatenùs contraire, post præcitatum Iordanum testatur; dictúque lectorem meruisse arbitratur, retinendo bona patrimonialia, vel alia sibi donata, non vt sua, sed tanquam verè bona Monasterij, & animo quærendi & retinendi ea illius nomine, non autẽ proprio; & vtendi eis in suos honestos & necessarios vsus tantùm, de iusta licentia expressa, siuè tacita superioris; alioqui, si cum contrario animo, aut absque iusta licentia id fecisset, tùm peccasse. Illud autem quod Prouincialis cum Conuentu statuit, rectè fuisse decretum, & à præfato lectore acceptum, dummodò eo animo id factum fuerit ex vtraque parte, vt posset superior reuocare illam sanctionem, licentiam, seu administrationem toties quoties, & quando vellet, eamque prædictus lector ita acceptasset, vt sine vlla contradictione reuocationi statuti seu administrationis consentiret, ni-

si fortè à Papa confirmata fuisset.
Quod ego ex eo comprobauerim;
„quia Abbas sibi imponere legem nõ
„possit, neque verò debeat, à qua cùm
„voluerit, recedere nequeat, vt pro-
„bat cap. Cùm ad Monasterium. *
„ 8. Idem insuper Nauarrus refert, [r]
„quamdam nobilissimam Virginem
„Hispaniæ, tempore pijssimæ memo-
„riæ Pij Papæ V. ac consectariè post
„Trid. Conc. extitisse, quæ post con-
„tractum matrimonium per verba
„de præsenti cum quodam, propter
„aliquam eiusdem fornicationem, vel
„adulterium, nolebat consummare
„matrimonium; vt verò liber fieret
„ad aliam ducendam vxorem, cũ qua
„periculum fornicationis vitaret, pro-
„pter quam illum reijciebat, volebat
„illa quidem profiteri aliquã religio-
„nem approbatam, remanens extra
„Monasteriũ cũ dote sua, vnacum ma-
„tertera religiosissima & sene quam-
„diù viueret: quod licuisse eo modo
„quo dictum est, ante & post Con-
„cilium, pluribus ostendit rationi-
„bus [r] eò vel maximè: quia iurium vi-
„tanda sit correctio; & quia (ait) in

* §. tales. & §. final. de sta. Monacho. panor. in illud. n. 9. Nauar. in cano. Non dicatis. 12. q. 1 n. 16. & lib 3. Consil. de regula. Cons. q Comment. dicto. 2. & n. 16.

Casus alius meritò obseruandus.

r Per cap. de viduis. 27. q 2. & clarius per cap. Insinuante, qui cler. vel vouent. extr.

„hoc casu, nouum jus Concilij ab an-
„tiquo recedere non cogat. Vndè
„arbitratur, id etiam hodie licere, etsi
„existimet, non esse satis cautum pro
„tota vita, nisi Papæ accedat auctori-
„tas: Ob hancque causam, in casu præ-
„dictæ nobilis Virginis consuluit, vt
„Pontifex Pius V. deprecaretur,
„pro confirmatione præfatæ pactio-
„nis, cum clausula; *Ne reuocari possit,*
„*per sibi inferiorē*, quod benignè dictus
„Pontifex concessit.

Ex quibus infert loco citato, quòd etiam hodie post Conc. Trid. Prælatus (ac consectariè Abbatissa) cum Conuentu, justa de causa necessitatis, aut vtilitatis Monasterij seu ordinis, possit concedere administrationē aliquorum bonorum stabilium, ad nutum amouibilem.

„ 9. Expressè eodem Commentario
„ [t] docet, ad prædicta omnia, & vt ri- [t] *Num.*20.
„tè regularis dare aut accipere va-
„leat, sufficere licentiam tacitam, vel [u] 2. 2. q. 32.
„præsumptā (vt appellat D. Thomas [v] *art.* 8.
„cum Turrecremata & Alexandri-
„no) nimirùm, si accedat certitudo
„moralis, aut probabilis, de ratihabi-

„ tione Prælati, vt dicunt Canonistæ:
„ secùs autem, si probabiliùs crederet,
„ quòd id displiceret Prælato si sciret,
„ saltem quo ad Deum & forum con-
„ scientiæ.

„ 10. Eo quòd regulariter eadem sit
„ virtus taciti ac expressi.[x] Et huius-
„ modi sanè licentia, siuè expressa, siuè
„ præsumpta seu tacita, debet esse iu-
„ sta, vt dictũ est, hoc est, non vi, metu,
„ dolo, aut propter importunitatem,
„ vel solam vtilitatem singularem ali-
„ quorum particularium, varijs mo-
„ dis & artib. id procurantium, talis si-
„ quidem licentia potius extorta quã
„ à Cœnobiarcha concessa, non excu-
„ sat à peccato.

x *Leg. cùm quid ff. de rebus cred. & cap. 2. de rescript.*

11. Quæ autem sit causa iusta concedendi peculia, relinquitur iudicio viri prudentis & boni: Illi enim relinquitur terminanda, quæ iure non sunt determinata, consideratis tempore, loco, personis, sine necessitate, aut vtilitate, quæ duplex est. y

Causa iusta concedendi peculia, relinquitur iudicio viri prudentis cõsideratis cõsiderandis.

y *Leg. 1. ff. de iur. delib. & cap. de causis tit. de off. de leg.*

12. *Priuata* & Publica. *Priuata necessitas & vtilitas*, est indigentia personæ particularis (vt est victus & vestitus personalis) quam quisque habet

cùm ei Monasterium seu Abbas non prouidet, vel tantùm pro parte.

Quæ sit causa iusta priuata cōcedēdi peculium.

13. *Publica verò necessitas*, est totius Monasterij aut Conuentus penuria, vt victus, aut vestitus communis, ob quam, licet officiarijs retinere bona Monasterij, & eis vti.

Vtilitas Priuata ea est, quam sibi regularis prętēdit, vt informatio, & animi recreatio, per electionē librorum quos retinet, aut similium aliarum rerum. Publica vtilitas est, quam prætendit facere Reip. docendo vel prædicando alijs, ex libris quos retinet, ex mente vtriusque Cardinalis supra citati, aut quæ euidenter, & ex sincera intentione, in commodum & vtilitatem totius Monasterij tandem cedere valeat.

Quæ sit causa publica.

14. *Ex quibus &* ex doctrina Nauarri [z] colligi meritò potest, quòd licet quilibet Prælatus inferior Papæ, non possit testari, nec item suo religioso facultatem cōcedere testandi, etiam ad pias causas; quia videlicet, id sit prohibitum [a] Pręlatis & religiosis, iure communi; Prælati tamen regulares, vel capitula regularia *habentia bona diuisa à*

z *Com. 2. de regul. n.* 23.

a *Cap. 2. de Testam.*

Prælato, possunt facere facultatem religioso, vt in vita donet, disponat-vè de aliquibus in eos vsus, & eo modo, in quos, & quomodò ipsi possent, & non aliàs, nec alio modo, [b] iuxta illud iuris axioma tritum satis & vulgare, *Potest quis per alium facere, quod per seipsum*: [c] quamquam non possint dicti „ Prælati, aut capitula concedere re„ ligioso, vt det alteri aliqua, quæ dire„ ctè, aut saltem indirectè non vergãt „ in vtilitatem Monasterij, vel in Eleemosinam, aut remunerationem.

[b] *Vide Nauar. Commẽt. 3. n. 26. verbo. 6.*

[c] *De Reg. iuris lib. 6.*

15. Denique, qui de licentia iniusta Prælati superflua, peculium-vè retinet, si sit paratus relinquere illud ad nutum superioris, peccat quidem peccato proprietatis, secũdum quosdam, (non autem secundum D. Antoninum) sed non incurrit pœnas in proprietarios latas: quippe quæ nõ imponãtur contra omnem proprietarium, sed cõtra illum solũ, qui clandestinè & & in abscondito, & absque omni superioris licentia & scientia, tacita aut expressa, iusta, aut saltem iniusta aliquib. vtitur, aut ea sibi retinet, etiam quo-ad vsum tãtùm. Quod proculdubiò satis

apertè & facilè potest comprobari, ex Concil. Trident. [d] vbi ita legitur.

d Sess. 25. cap. 2. in fin.

Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus fuerit (vtiquè à superioribus, quibus hæc iurisdictio competit; hoc est iuridicè deprehendendi, vel cōuincendi delinquentes, vel ex testibus, vel ex facti euidentia) *is, biennio actiua & passiua voce sit priuatus, atq; etiam iuxta suæ regulæ & ordinis constitutiones puniatur.* Vndè facilè collegerim, quòd etsi Abbatissæ Abbatesquè prodigentes reditus Monasteriorū, in malos, vanos, aut prophanos vsus, videantur maximè proprietarij, ita vt Major [e] affirmet, eam, eos-vè, qui ab illis malè receperint (nisi probabili ignorantia excusentur) ad restitutionem acceptorum teneri; quia nimirùm dicti Abbates & Abbatissæ, contra regulam & jus bonis Monasterij abutātur, quorum sunt administratores vel dispensatores, non autem Domini, proindè tamen pœnis proprietariorum illos non subijci, sed tantùm dilapidantium bona Monasteriorum; de quib. cap. *Cùm ad Monasterium*, & pluribus alijs in locis. Quibus iam hoc

e In. 4. Sentent. d. 38. Col. 3. & 4.

tempore accedat celebris illa Clementis Papæ Octaui optimæ memoriæ constitutio ab eo edita anno Dom. 1594. 13. Cal. Iulij, Pontificatus verò sui anno tertio, quam hoc loco recensere optimum duximus, vt ex ea (licet fortè in hac nostra Gallia non obliget, quia in ea nec publicata, nec vsu recepta fuerit) Cœnobiarcharum vtriusque sexus, arguantur profusæ ac prodigæ largitiones & conuiuia, ac tandem temperentur & corrigantur.



SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI

Clementis diuina prouidentia Papę VIII. conſtitutio de largitione munerum vtriuſque ſexus regularibus interdicta.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Religioſæ congregationes ab inſigni ſanctitate viris ſpiritu ſancto afflatis inſtitutæ, tantas Eccleſiæ Dei vtilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas conſeruandas & inſtaurandas Romani Pontifices prædeceſſores noſtri magnam iure optimo diligentiam ſemper adhibuerint. Nam cùm ea ſit rerum humanarum conditio & natura, vt etiam quæ optime fundata & conſtituta ſunt, par-

tim hominum imbecillitate, & ad malum proclinitate, partim dæmonis astutia paulatim deficiant, & nisi cura peruigili sustententur in deterius prolabantur. Idcirco summorum pontificum vigilantia magnopere laborauit, vt regularium ordinum disciplina, aut labefactata, in pristinum restitueretur, aut salutaribus constitutionibus comminuta, integra atque incolumis permaneret.

Quorum nos vestigijs pro eodem officij munere insistere, & pastoralem illorum sollicitudinem, quantum possumus, diuina adiuuante gratia cupimus imitari. Quare ne ex muneribus quæ à quibusdam religiosæ vitæ professoribus ex Christi patrimonio, quibusuis hominibus, quauis ex causa sæpe tribuuntur, grauia incommoda & mala etiam boni specie existant, præcauere studentes hac nostra perpetuo valitura constitutione, vniuersis & singulis cuiuscunque ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium bona immobilia & reditus certos, ex indulto Apostolico possidentium vel non possidentium, seu cuiusuis congregationis, societatis, & instituti (non tamen militiæ)

regularibus perſonis vtriuſque ſexus, omnem & quamcumque largitionem, & miſſionem munerum penitus interdicimus. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia & ſingula Capitula, Conuentus, & Congregationes tam ſingulorum Conuentualium Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, domorum & locorum, quàm prouincialia aut generalia cuiuſlibet Prouinciæ aut Ordinis vniuerſi, Societatis, aut inſtituti, eorumque vel earum camerarios, commiſſarios, & quoſcunque officiales & ſingulares perſonas, ipſos etiam ordinum, Congregationum, & Societatis eiuſmodi ſuperiores, quaſcunque dignitates obtinentes, & generales, & prouinciales, Magiſtros, Miniſtros, & quocunque nomine Præfectos: necnon Conuentuum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, domorum, & locorum quorumcunque, Abbates, Priores, Præpoſitos, Præceptores, etiam maiores Gardianos, Miniſtros, Rectores, atque Abbatiſſas, Prioriſſas, & alio quouis titulo præſidentes, tàm ipſis regularibus, quàm locorum

ordinarijs, seu quibusuis superioribus subiectos vtriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos, adeo vt nemo vnquàm, eorum vel earum directè vel indirectè, palam vel occultè, tam communi, quàm particulari & proprio nomine etiam sub quouis statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque causa, nisi in generali Capitulo, aut alia generali Congregatione, re maturè discussa, vnanimi consensu omnium, superiorumque permissu, causa probata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

Id autem ita absolutè & generatim vetitum intelligatur, vt neque omnino fas sit quicquam donare tam ex fructibus, redditibus, & prouentibus collectis, & contributionibus, aut oblationibus, siue eleemosynis, aut subsidiis certis, incertis ordinariis seu extraordinariis mensæ, vel massæ communis, vel cuiusuis fabricæ, & Sacristiæ bona communiter, vt præfertur administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quam ex pecuniis quæ etiam à singulis quouis modo acquisitæ, in commune conferendæ omnino sunt, nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur, nec si forsan priuatim & nomi-

natim cuilibet religioſo à ſuis ſuperioribus vel à propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis ac beneuolis, vel à piis Chriſti fidelibus, etiam eleemoſinæ, aut charitatis, & illius propriæ perſonæ intuitu attributæ, ſeu quoquo modo per quemlibet religioſum, ſeu Monaſterium domui aut loco acquiſitæ, eique vt ad libitum, de eis diſponat, per ſuperiores conceſſæ fuerint, præterquam leuiora eſculenta & poculenta, vel ad deuotionem ſeu religionem pertinentia munuſcula, *communi tamen, nunquam verò particulari nomine, vbi ſuperiori de conſenſu conuentus videbitur tradenda. Sed & huiuſmodi miſſiones munerum ipſis religioſis vtriuſque ſexus non ſolũ per ſe, verum etiam per alios tam directè, quàm indirectè probibitas declaramus, Neque vero quiſpiam ab hac generali prohibitione ſe excuſare valeat, etiã ſi miſerit munera cuius perſonæ* Eccle*ſiaſticæ, vel laicæ cuiuſcũque gradus, ſtatus, dignitatis, ordinis, vel cõditionis. Et quamuis non ſolum mundana & ducali, regia, Imperiali, verùm etiam* Eccleſiaſtica *& Pontificali, & alia maiori, & ſanctæ R. S. Cardinalatus dignitate fulgenti, & proprii loci ordinaria, etiam ex cauſa & occaſione*

benedictionis, vel susceptione habitus regularis, tonsuræ, aut professionis Monialium tàm sibi subditarum, quàm non subditarum, aut ipsi etiam proprij ordinis vel Congregationis protectori, viceprotectori, Generali vel Prouinciali, aut cuiusuis Monasterij prioratus, domus, aut cuiuslibet alterius loci regularis superiori, aut alio quocunque officio, munere, vel dignitate fulgenti, vel cuicunque etiam simplici, & particulari religioso, ita vt inter ipsos quoque religiosos ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus, alter alterius gratiam aut beneuolentiam aucupetur, quæcunque largitio aut donatio munerum nisi rerum minimarum *de licentia expressa superiorum, etiam in scriptis, sit penitus interdicta.*

Insuper prohibemus ne vnquam eisdem regularibus liceat vllas pecunias quoquo modo erogare in alicuius etiã benefactoris, aut protectoris, vel ordinarii honorem & ratione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi testificationem, seu pro prædictis personis, quauis authoritate fulgentibus honorificè, lautè & opiparè excipiendis, seu pro quibusuis conuiuiis eisdem, aut cui-

uis alteri quacunque ratione aut causa exhibendis, vel pro comessationibus, vel compotationibus quibusuis personis tam eiusdem ordinis Monasterii, congregationis, domus aut loci, quàm extraneis largiendis aut pro exhibendis spectaculis, etiam piis intra Ecclesias Monasterii, *in domos sacras seu pias, vel extra eas, in quibusuis publicis aut priuatis, sacris aut prophanis locis, etiam vbi sanctorum & sanctarum vita, aut res piæ gestæ, etiam in memoriam passionis dominicæ populis spectandæ proponuntur, aut aliàs in prædictis, siue in quibusuis rebus superuacaneis ad põpam & ostentationẽ, aut ad oblectationem vel paucorum lucrũ & priuata lucra quomodolibet pertinentibus, nisi re ipsa pro diuino cultu & veris Christi pauperum indigentiis, seruato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio & consensu superiorum, subleuandis, aut aliàs in rebus licitis, & per capit. generale aut Prouinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsan præscriptam non excedentibus, sumptus huiusmodi fiant.*

Declarantes tamẽ per hæc laudabilem & Apost. doctrina sacrisque Canonibus cõmendatã hospitalitatẽ, præsertim erga pauperes & peregrinos neq; imminui aut prohiberi quin

imo si quis redditus ad id vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum Monasteriorum, *ordinum, aut regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, siue aliàs applicati, aut donati sint, eas omnino, vt decet, integrè in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse, & præsertim in* Monasteriis *seu locis desertis, & ab laicorum domibus longius remotis, vbi tamē pauperum & verè egenorum ratio imprimis habeatur. Si quos verò ditiores occasione transitus, siue aliàs ex deuotionis aut necessitatis causa eò diuertens contigerit, eos sane deceret* Refectorio *communi cum* Religiosis, *mensaque & ferculis communibus nequaquam à cæteris distinctis contentos esse. Verum enimuero ipsi regulares in hospitibus huiusmodi potentioribus excipiendis, ita se gerant, vt in eis frugalitas & paupertas religiosa prorsus eluceat.*

Pari etiam ratione districtè inhibetur ne quispiam ex prædictis laicis aliàs, quàm vt superius dictum est, vel Clericus *secularis aut regularis, quocunque honore, præeminētia, nobilitate, aut excellentia, &* S. R. E. Cardinalatus *dignitate præditus, etiam prote-*

protectorum, viceprotectorum loci ordinarius Prælatus, Generalis, Prouincialis, aut Monaſterii domus vel loci cuiuſlibet ſuperior, eorum-vè affines propinqui, familiares, aut Miniſtri vtriuſlibet ſexus quiſquam contra hanc ſuperius expreſſam prohibitionem recipiant.

Quod ſi vel ab aliquo particulari religioſo, vel à ſuperiori quopiam Generali, vel Prouinciali ſodalis quocunque officio fungente, aut à Conuẽtu, Capitulo, vel à Congregatione, ſiue ab vniuerſo ordine & religione quicquam receperint, id quod acceperint ſuum nõ faciant, verùm ipſo facto abſque aliqua monitione, iudicis decreto, ſententia, aut declaratione ad illius reſtitutionem omnino in vtroque foro teneantur, adeo reſtitutione ipſa realiter non facta, neq. etiam in foro conſcientiæ poſsint abſolui: hanc autem reſtitutionem fieri volumus non priuatim ei religioſo qui donauit, ſed ei Monaſterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta eſt largitio, vel ſi de eius bonis non eſt donatum, in quo idem religioſus donans profeſsionem emiſit, vel ſi nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuerſi Ordinis ſeu religionis, donatio facta exſtiterit, pariter communi

mensæ, aut massæ, cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur, ita vt nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere & iterum condonare recipientes ab obligatione restituẽdi eximere, velut in pauperes eroget, concedere quoquo modo possit.

Quod si quis ex vtriusque sexus regularibus supradictis cuiuscunque gradus, ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentibus coniunctim cum cæteris ac diuisim nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus vt omnibus ac singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus & officiis, eo ipso priuatus, ac ad illa & alia similia vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia & ignominia notatus existat, & priuationem vocis actiuæ & passiuæ absque vllo superioris decreto aut ministerio ipso facto incurrat, necnon vltra huiusmodi pœnas, etiam contra tãquam furti & simoniæ criminis reum, tam per viam denunciationis, accusationis, aut querelæ, quàm etiam ex officio procedi

& inquiri, exiguisque suppliciis affici debeat, pœnis aliis à iure statutis, ac per alias Apostolicas constitutiones, aut propria cuiusque Congregationis, Monasterii, ordinis, domus, aut loci statuta, vel consuetudines contra personas aliquid præmissorum committẽtes forsan decretis & inflictis, nihilominus in suo robore permansuris. Quocirca vniuersis & singulis modernis, & pro tempore existentib. locorum ordinariis, eorumque Vicariis & Officialib., necnon quorumcunq. Ordinum, Prioratuum, Monasteriorum, & domorum superioribus, etiam Generalibus seu Prouincialibus, cæterisque ad quos spectat per Apostolica scripta, mandamus quatenus ipsi & eorum singuli, quantum ad eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia præsentem constitutionem firmiter & inuiolatè obseruari, & contra inobedientes, vel transgressores exiguis pœnis animaduerti, eosdẽ inobedientes, necnon contradictores quoslibet & rebelles per opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita cõpescẽdo, inuocato etiã ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Nõ obstantib. constitutionib. & ordinationib. Apostolicis, dictorũq. Monaster. Priorat.

domorum, locorum, necnon Ordinum, Congregationum, Collegiorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel ad verbum non inserta effectus præsentis nostræ constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia quatenus præmissis in aliquo aduersantur, prorsus tollimus & abrogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autē vt præsentes literæ in valuis sancti Io. Later. & Principis Apostolorum de vrbe, Basilicarum, & in acie campi Floræ publicentur, affixis inibi earū exemplis & demissis, quodque earum exempla, seu illorum compendia, in libris quorumcumque statutorum prædictorum Monaster. Prioratuum, Domorum, Collegiorum, Ordinum & Congregationum (quoad Moniales in vernaculum & vulgarem cuiusque regionis sermonem versa) & à loci ordinario qui id quamprimum fieri curet subscripta inserantur & saltem quot annis

in Capitulis ſiue Congregationibus cuiuſque earum alta & intelligibili voce legantur, & nihilominus poſt ſexaginta à die publicationis, vt præfertur, in Romana Curia facienda, vnumquemque citra montes, vltra montes verò poſt quatuor menſes perinde arctent & afficiant, ac ſi cuique perſonaliter intimatæ, & per ea iuratæ fuiſſent.

Quodque earum tranſſumptis etiam expreſsis, & manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, eadem prorſus fides in iudicio & extra illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem preſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrororum interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, ſtatuti, mandati, ſublationis, abrogationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in monte Quirinali. anno Incarn. Domini 1594. 13. *Cal. Iulij* Pontificatus *noſtri. an.* 3.

L. Card. Prodat. M. Veſtrius Barbianus, A. de Allexis.

CAPVT VNDECIMVM.

SVMMÆ.

1. *Quæ Monasteria dicantur habere Ecclesias & loca pleno iure subiecta, & potestatem quasi Episcopalem in suos.*

2. *Tota Monasterij dispositio ad Abbates exemptos pertinet, vnde in illis Monachos & clericos instituere, & destituere, & beneficia officiaq. vacantia possunt conferre.*

3. *Pleno iure habere subiectos, quid importet?*

4. *Quando, & quomodo Abbates exempti possint admittere resignationes, & permutationes beneficiorum suæ collationis, & quando non.*

5. *Probatur amplè omnes omnium beneficiorum Diæcesis institutiones, destitutiones, resignationes, & permutationes, spectare ad Episcopum, non autem ad Abbates non exemptos.*

6. *Si beneficij præsentatio pertineat ad Abbatem & institutio ad Episcopum, renunciatio tum*

debet fieri coram Epiſcopo, de conſenſu Abbatis.

7. Beneficia omnia Iuriſpatronatus non poſſunt vniri, permutari, aut reſignari, abſque conſenſu patronorum.

8. Patronus non reclamans contra permutationem, vnionem, aut reſignationem illo, contempto factam, intra tempus illi ad præſentandum conceſſum, cenſetur habuiſſe ratam. collationem factam.

9. Vndè naſcatur iuſpatronatus Eccleſiaſticum & laïcum.

10. Notanda Couarruuiæ ex omnibus D.D. ſententia probans vlterius permutationes, vniones, & reſignationes beneficiorum Iuris-patron. factas neglecto patrono, nullius eſſe ponderis.

11. Sub facultate inſtituendi non includitur facultas deſtituendi.

12. Inferior Epiſcopo poteſt benef. conferre, non autem reſignationes admittere, quod paulo poſt limitatur.

VT autem ad institutum reuertamur, ex eo quod fœminæ (præsertim Antistitæ) iurisdictionis spiritualis sint capaces, sequitur etiam easdem post confirmationem suæ electionis, & non antea, posse conferre Ecclesias & beneficia, etiam clericorum; & clericos instituere in Ecclesijs, & beneficiis ad suum Monasterium pertinentibus, & sibi pleno iure subiectis, hoc est quo-ad spiritualia & temporalia;* ea enim omnia (ait Panorm.) [a] sunt iurisdictionis spiritualis, non ordinis. Si autem quæratur rursus.

*Ex gloss. ca. Abbates de priuileg. lib. 6.

a In cap. Dilecta n. 5 Et Armillæ. verbo Abbatiss. § 3.

1. Quæ Abbatissæ, & Præfectæ Canonicarum, Monasterium & Ecclesias pleno iure subiectas habere dicendæ sint? Respondebimus, illas esse quæ habent Cœnobium exemptum. Abbates enim exempti dicuntur & probantur à Flaminio Parisio, [b] habere Monasterium, & Ecclesias ab eo dependētes, pleno iure subiectas, & omnimodam iurisdictionem in suos Monachos; & in loca sibi subiecta pleno iure, hoc est exempta, iurisdictionem quasi Episcopalem.

b De resig. benef. lib. 7. q. 35. n 3.

2. Nam Abbatia, siue Monasterium, est caput omnium Ecclesiarum & beneficiorum ab eo dependentium, totaque potestas & dispositio Monasteriorum ab Abbatibus dependet: [c] vndè in illis Monachos aut Clericos instituere, & easdem vacantes, & omnia alia beneficia & officia sui Monasterij exempti vacantia, conferre possunt: collatio enim huiusmodi beneficiorum ab inferiore habente jus instituendi, vel ab Episcopo, cum illius consensu, & non aliter, debet fieri, vt expressè scribit idem Episcopus Bytontinus [d] ex Zabarel. & pluribus aliis: [e] Vndè optimè sequitur, quòd cùm ad Abbates exemptos pertineat ius instituendi in Ecclesiis sibi pleno iure subjectis spiritualiter & temporaliter, hoc est sui Monasterij aut territorij exempti, ad eosdem spectat & conferendi, imò & destituendi, vt laté probat idem Flaminius. [f] Possunt enim, & tenẽtur visitare; ex qua visitatione, sequitur iurisdictio priuandi, aut destituendi, corrigendi, puniendi, & castigandi.

„ 3. Adde, quòd habere pleno iure

c *Canone nullă potest.* 18, q. 2. *cap. Cũ ad Monast. de stat. Monach. Clem. vnica. Quia propter.*

d *Eod. lib. & q. n. 17.*

e *In Clem. vnica de rer. permutat.*

f *Lib. 7. q. 15 à Num. 3. ad finem vsq;q.*

Quid sit quidque importet habere subiectos pleno iure.

„ subiectos," nihil aliud importat signanter, quàm institutionem, destitutionem, visitationem, & correctionem, vt scribit Card. Parisius. g

[g] *Cōs. 22. n. 14. vol. 4. & Cons. 35. n. 9. eod. vol.*

4. Ex quibus colligit idem Flaminius, eosdem Abbates exemptos, „ posse etiam admittere resignationes „ & permutationes beneficiorū. Obseruat tamen, quòd si Ecclesia subjecta recognoscat Abbatem circa temporalia, & Episcopum loci circa spiritualia, tùm, si beneficiarius velit cedere, aut renunciare, id facere debere in manibus Episcopi, non Abbatis, de consensu tamen eius, & non aliter: At collatio fieri postea debet ab Abbate, non autem ab Episcopo, si ad Abbatem spectet, non ad Episcopum.

Abbates exempti possunt etiam admittere resignationes, & permutationes beneficiorū sua collationis.

5. Sanè ius instituendi & destituendi, ac consectariè acceptandi omnes omnium beneficiorum suæ Diœcesis resignationes & permutationes, ad Episcopum pertinere, non autem ad Abbates si non sint exempti, amplè ex communi D. D. opinione docet idem Flaminius: [h] quod extendit & ampliat. *Primò* in beneficijs reserua-

h *Lib. 7. q. 14. & 15.*

tis, etiam Papæ: quæ tamen beneficia reseruata, sic resignata, non ab Episcopo, sed à Papa conferri postea debent, sic enim resignantes aut permutantes debent recurrere ad S. Pontificem, pro perfectione suæ resignationis aut permutationis, iuxta Rotæ decisionẽ in nouis. [i] *Secundò*, ampliat illud ipsum jus Episcoporum in beneficiis iurispatronatus, de consensu tamen patronorum & non aliter, siue patroni sint Ecclesiastici, aut laïci.

& Petrus Gregor. Instituti. beneficiar. cap. 38. n. 2.

[i] *1. de rer. permutat.*

6. Ex quo infertur, quòd si ad Abbatem, vel alium in maiori dignitate aut prælatura constitutum, pertineat præsentatio in beneficio, & ad Episcopum loci, confirmatio & institutio, renunciatio fieri debet tùm coram Episcopo, accedẽte Abbatis consensu, vt voluére expressè Innocent. [k] & Cardin. Zabarel. [l] Inter omnes autem, hanc materiam doctissimè tractat citatus Flam. [m]

[k] *In cap. vlt n. 2. de renũtia.*

[l] *In clem. 1. eod. tit. n. 18. versu vnde.*

[m] *Lib. 2. de resig. benef. q. 4. n. 14. & 15. de permutat. n. 10. & de vnione. n.*

7. Docet enim beneficia omnia iurispatronatus, non posse vniri, permu-
„tari, aut resignari simpliciter, seu etiã
„in fauorem, sine consensu patrono-
„rũ, hancque cõmunem illationẽ esse,

Quid sit quidque importet habere subiectos pleno iure.

,, subiectos," nihil aliud importat si-
,, gnanter, quàm institutionem, desti-
,, tutionem, visitationem, & corre-
,, ctionem, vt scribit Card. Parisius. g

[g] *Cōs. 22. n. 14. vol. 4. & Cons. 35. n. 9. eod. vol.*

4. Ex quibus colligit idem Flami-
,, nius, eosdem Abbates exemptos,
,, posse etiam admittere resignationes
,, & permutationes beneficiorũ. Ob-
,, seruat tamen, quòd si Ecclesia subje-
,, cta recognoscat Abbatem circa
,, temporalia, & Episcopum loci circa
,, spiritualia, tùm, si beneficiarius ve-
,, lit cedere, aut renunciare, id face-
,, re debere in manibus Episcopi, non
,, Abbatis, de consensu tamen eius,
,, & non aliter: At collatio fieri postea
,, debet ab Abbate, non autem ab Epis-
,, copo, si ad Abbatem spectet, non ad
,, Episcopum.

Abbates exempti possunt etiam admittere resignationes, & permutationes beneficiorũ sua collationis.

5. Sanè ius instituendi & destituendi, ac consectariè acceptandi omnes omnium beneficiorum suæ Diœcesis resignationes & permutationes, ad Episcopum pertinere, non autem ad Abbates si non sint exempti, amplè ex communi D. D. opinione docet idem Flaminius : [h] quod extendit & ampliat. *Primò* in beneficijs reserua-

[h] *Lib. 7. q. 14. & 15.*

tis, etiam Papæ: quæ tamen beneficia reseruata, sic resignata, non ab Episcopo, sed à Papa conferri postea debent, sic enim resignantes aut permutantes debent recurrere ad S. Pontificem, pro perfectione suæ resignationis aut permutationis, iuxta Rotæ decisionẽ in nouis.[i] *Secundò*, ampliat illud ipsum jus Episcoporum in beneficiis iurispatronatus, de consensu tamen patronorum & non aliter, siue patroni sint Ecclesiastici, aut laïci.

& Petrus Gregor. Instituti. beneficiar. cap. 38. n. 2.

i *1. de rer. permutat.*

6. Ex quo infertur, quòd si ad Abbatem, vel alium in maiori dignitate aut prælatura constitutum, pertineat præsentatio in beneficio, & ad Episcopum loci, confirmatio & institutio, renunciatio fieri debet tùm coram Episcopo, accedẽte Abbatis consensu, vt voluére expressè Innocent.[k] & Cardin. Zabarel.[l] Inter omnes autem, hanc materiam doctissimè tractat citatus Flam.[m]

k *In cap. vlt n. 2. de renũtia.*

l *In clem. 1. eod. tit. n. 18. versu vnde.*

m *Lib. 2. de resig. benef. q. 4. n. 14. & 15. de permutat. n. 10. & de vnione. n.*

7. Docet enim beneficia omnia iurispatronatus, non posse vniri, permu- „tari, aut resignari simpliciter, seu etiã „in fauorem, sine consensu patrono- „rũ, hancque cõmunem illationẽ esse,

11. vide & Nauar. expressum lib. 3. Concil. Concil. 3. n. 2. de iur. patro.

Non possunt vniri, permutari aut resignari simpliciter aut* in fauorem beneficia patronata absque consensu patronorũ n Consil. 7. n. 3 in fine.

* Cap. vnic. de iur. patro lib. 6. Rebuf. in praxi beneficiar. de præsentatione & institu. n. 4. & 8.

p Flam. d q. n 21. 22. 23. 26. 28.

„quòd si beneficium iuris patronatus „fuit resignatũ absque cõsensu patro„ni, fuitque admissa resignatio, & per „Papam vel Episcopum fuit collatum „dictum beneficium, si moriatur „deinde resignans, vtique beneficium „vacat per eius obitum: testaturque „ex Mandos. [n] ita fuisse decisum à „Rota. Estque communis opinio, vt „vniones, permutationes, aut resi„gnationes factæ spreto patrono, non „sint nullæ ipso iure, sed veniant an„nullandæ, si nondum lapsum sit „tempus post collationem quod pa„tronus habet ad præsentandum, „quodque est quatuor mensium pro „laïco, & sex pro Ecclesiastico * à die „notitiæ vacationis computãdorum.

„ 8. Postea quàm enim illud tempus „lapsum est, videtur tùm patronus ha„bere ratam collationem factã. Quo„ties etiam patronus sciens & patiens „se sperni, non reclamat, tùm resigna„tio & collatio facta, etiam sine suo „consensu tenet: [p] at si clanculum, „aut illo ignorante, etiam si post tem„pus illi concessum ad præsentan„dum facta esset resignatio & colla-

„tio, tùm iure ac merito cassari pos-
„set.

9. Ius autem patronatus Ecclesiasticum nascitur, quoties ex Ecclesiæ bonis constituitur Ecclesia, vel dotatur, aut denique ratione dignitatis Ecclesiasticæ, aut cùm Ecclesiæ alicui competit: Ius autem patronatus laïcum, oritur & consequitur, quandò ex rebus proprijs & sæcularis patrimonij (vt est communis opinio.) Nec refert patronum esse clericum; nam inter patronos laïcos annumerabitur, si hoc ius nactus fuerit, ratione proprij patrimonij. q

Ex quibus nascatur siue oriatur ius patronatus Ecclesiasticum.

Vndè laicū.

q *Flam. d. q. n.* 39 40. 41

10. Quod autem diximus de resignatione, aut permutatione beneficiorum iurispatronatus, non facienda sine consensu patronorum, confirma-
„tur luculenter à Couarruuia r affir-
„mante in hoc DD. omnes conuenire:
„Quod vbi permutatio iurispatro-
„natus fuerit facta sine consensu pa-
„troni laïci vel Ecclesiastici, ipso iure,
„vel per sententiam est rescindenda,
„si patronus intra legitima tempora,
„iustam contradicendi rationem &
„causam exposuerit; imò etiam si

r *Pract. q. cap.* 36. *n.* 9. *verb.* 8.

Notanda Couarruuia ex omnibus Doctoribus sententia.

„permutatio fieret in curia Romana; „datur enim tùm vera vacatio, & „alioqui per successiuas resignatio- „nes, aut permutationes, fraudaren- „tur suo iure patroni.

Staphi. vt refert Zerola, affirmat permutationem, quæ fit inter beneficiarios de auctoritate Episcopi, valere, & non requiri in ea consensum patroni: at hæc opinio, ab eodẽ Zerola [s] reijcitur; præponderat enim communis sententia, quam consuetudine obseruari scribunt Rebuff. [t] & Bellamera: [u] atque ita se obtinuisse in facto, & in curia Archiepiscopali Beneuenti Anno 1589. asserit idem Episcopus Minorensis loco citato.

s *Prax. Episc. verb. iuspatronat. ad 6.*
t *Pract. benef. titul. de permut. n. 22*
u *Cons. 5.*

Tertiò jus prædictum Episcoporum acceptandi omnium beneficiorum suæ diæcesis resignationes, renuntiationes, & permutationes, extenditur etiam ad beneficia electiua, quæ exigunt confirmationem à superiore: horum enim beneficiorum resignationes, etiam recipit Episcopus, si tamen eligentium accedat consensus.

Ampliatur *Quartò*, etiam si ad inferiorem spectet institutio; nihilominus

enim resignatio debet fieri coram Episcopo, estque communis D. D. opinio.

11. Ille enim inferior habet duntaxat facultatem instituendi, sub qua non includitur facultas destituendi, cùm hæc sint diuersa, sed est penes Episcopum, iuxta Rotam: [x] collatio autem debet fieri non per Episcopum, sed ab ipso inferiore habente jus instituendi. Quod vlterius comprobatur ex eo, quòd permutatio quoque beneficiorum spectantium ad collationem inferioris, sit coram Episcopo facienda, cum consensu tamen, & non aliter, ipsorum habentium postea conferre.

x Decis. 5. de rerum perm. in antiq. & decis. 8. eod. titulo in antiq.

„ 12. Vndè constituitur conclusio; „inferiorem Episcopo possè conferre, non autem admittere resignationes, aut permutationes authorisare: „quippè, cùm hoc ad Episcopum „pertineat, hasque communes DD. „esse opiniones attestatur dictus Episcopus Bytontinus. [y] Quæ confirmantur etiã ab Abbate, [z] nimirùm, „vt Episcopus habeat solùm facultatem destituendi. Quod tamen limi-

y q. d. 14. lib. 7.

z In cap. quæsitum. de rerum perm. n. 4.

„tant, si Prælatus inferior non ha-
„beat potestatem quasi Episcopalem,
„aut ius speciale destituendi, cum fa-
„cultate instituendi: quod colligi ex
„vltimo statu, voluit Rota in vna Se-
„gobiensi, coram Cotta. 30. Martij.
„1576. aut nisi inferior acquisiuisset
„facultatem admittendi resignatio-
„nes ex priuilegio, vel ex præscripta
„consuetudine, etsi ad illum non spe-
a *d. q. n. 22.* „ctaret destitutio, iuxta Flam. [a] aliàs
b *n. 27.* „enim posset secundùm eũdem. [b] Qui ampliat *Quintò*, prædictum ius Episcoporum, etiam in beneficiis eorum, qui cupiunt intrare religionem, licet inconsulto superiore.

CAPVT DVODECIMVM.

SVMMÆ.

1. *Per transennam & incidenter docetur, quomodò ex solemni professione, nothi & illegitimi regulares vtriusque sexus, & ex pluribus Apostol. sanctionibus ad prælaturas, dignitates & officia regularia habiles habeantur.*

2. *Dispo-*

2. *Dispositum iuris pro Abbate, habet hodie locum in Abbatissis.*

3. *Quæ in vtroque ex iure visitandi & ex visitatione consequantur?*

4. *Quid sit collatio?*

5. *Quæ sint necessaria vt collatio sit verè Canonica?*

6. *Quid sit præsentatio?*

7. *Quot modis sumatr iunstitutio, & tandem quid sit propriè?*

8. *Per quem fieri debeat institutio?*

9. *Ex quibus iam post Concil. Trident. ius & titulus patronatus prouenire possit, & debeat:*

10. *Sumitur aliquando institutio pro confirmatione, fit duobus modis.*

11. *Quid propriè inter sit inter Collationem, Institutionem, & Præsentationem.*

12. *An Abbatissa possit instituere Vicarium, & qualem, & per quem?*

13. *Obseruanda quædam Rotæ Decisio.*

SI (vt ex superiorib. satis superqu è cõstat) jus conferendi, instituendi, imò & destituẽdi, ad Aeteriarchas excẽptos pertineat in Eclesijs, officijs, & beneficiis sæcularibus, & regularib. suo Monasterio exẽpto, ac per cõsequens, pleno iure ad se pertinenti, subiectis, clericos & Monachos, pro-vt explicantur, tàm pro exemptis quàm non exemptis Abbatib·, Clementina vnica [a] *Quiapropter*: pertinet vtique, & ad Abbatissas exemptas; ius siquidem huiusmodi, vt etiam ex Panormit. ostendimus, est iurisdictionis non ordinis. Adde, communem hodiè esse D.D. opinionem, in administratione tàm spirituali quàm temporali, æquiparari Abbatissam Abbati, [b] & in omnibus, quæ non ex ordine, sed à iurisdictione spirituali tantum procedunt; vnde Abbatissa eligitur, confirmatur, & benedicitur, [c] vt & Abbas: si tamen illa sit ex legitimo matrimonio.

I. Illegitima siquidem non posset Abbatissa fieri, [d] quemadmodum nec Monachus illegitimus in Abbatem assumi, nisi cum dispensatione legi-

a *de suppl. neglig. prel.*
b Panor. *c. 2. in principio. ti. de his quæ fiunt à Prel. & in cap. vlt. tit. de stat. monach. n. 5. Bald. in l. 1. in principio col. 6. qui fund. dari poss. Card. Cons. 17 circa princip. gloss. cap. dilecta. Flam. li. 3. de res. benef. q. 12 n. 9.*
c *Cap. indẽnitatib. cum gloss de elect. in 6 card. & alij omnes in Clem. Attendentes de stat. regul.*
d *Gloss. d. capitis indemnitatibus verb: Canonicam gloss. c. Attendentes verbo rationabili. n. 15.*

tima. Qua tamen in re, attēdendū omnino in cœnobium quidem introitum, votiuique & ſolemnis ſacramenti religionem, quam aliter profeſſionem Monaſticam dicimus, ex ſe natalitiam abſtergere maculam, vt etiam noſtris diebus, hoc eſt anno 1600. eleganter comprobauit, diſertiſſimus Renatus Choppinus. *I. C. & in ſupremo Pariſienſi Senatu patronus celeberrimus, ex nouella Iuſtinia. De Monachis. 2

*Lib. 1. Monaſticon. tit. 3. num. 7.
2. §. 1.
3 Vt videre eſt c. 1. extr. de filijs presbyt.
4 Eiuſd titul. de fil. presbyt.
5 In cap. Rainutius de teſtam.

Quod & Pictauienſi Concilio annotatur.

Qui quidem Chopinus, etſi eodem loco paulo poſt habeat, Monaſticæ cuiuſuis militiæ nothos, haud ideò habiles fieri ad ſacra beneficia adipiſcenda, niſi ipſorum ergò, natalibus reſtituti ſint à Pont. Max. ex gloſſemate cap. vltimi 4 & Benedicto 5 V. extat tamen conſtitutio pontificia Leonis Papæ Decimi, quæ incipit *Sacro ſanct. e*, data Rom. 1516. Kal. Decemb. Pontif. anno 4. & in ſpecialem fauorem ordinis ſancti Benedicti edita, *quæ ita ſupplet natalium defectum, vt, qui vel quæ illum patiuntur, dummodò ho-*

neste & cum laude vixerint in Monasterio aut ordine, hoc nonobstante, possint assumi ad officia prælaturas dignitates, & beneficia eiusdem.

Cui priuilegio & sanctioni, etsi alia Sixti V. constitutio *Cùm de omnibus Ecclesiasticis ordinibus* contra illegitimos derogasse videatur; attendendum tamen diligentiùs, hanc ipsam constitutionem exaudiendam esse dũtaxat de nothis Regularibus masculis, non autem de fœminis aut sanctimonialibus. Quandoquidem, idem Pontifex Pontif. anno. 4. 1588. illam interpratatus in alia sua constitutione, quæ incipit *Ad Romanum Pontificem.* § *Cæterum,* his verbis fœminas expressè excepit. *Cæterum quæ à nobis circa Religiosos viros in præfata constitutione (hoc est Cùm de omnibus) sancita sunt, ea nequaquam volumus ad Moniales nunc extendi.*

An. Dom. 1587. Pontif an. 3. sext. cal Decemb.

Vndè, paulò post exoratus idem Pontifex, ad maiorem cautelam, & ad omnem submouendam difficultatem, cum quadam Nobili & honestissima Damizella ante Concilij Trident. confirmationem & promul-

gationem, ex quodam clandestino (inter personas ad contrahendū liberas & habiles) matrimonio cōtrouerso, primò, coram Iuridico vicario. N. Episcopi, & difinitiuè in suam vtilitatem terminato, postea tamen per appellationem diu multúmque Romæ apud Rotam iterum disceptato, super quod tamen, partes tandem inter sese quandam inierunt mutuam compositionem; cum præfata, inquam, ex huiusmodi procreata matrimonio, atquè ideò nonobstante Officialis. N. sententia pro illegitima à quibusdam habita benignissimè, amplissimeque ita dispensauit, *Vt hoc nonobstante, Monasterium quodcunque & cuiuscunque ordinis ingredi posset, cum habilitate (vt dicunt) ad quæcunque, & qualiacunque beneficia, officia, prælaturas, & dignitates Regulares*; rescriptumque Apostolicum vidi, tenui, legi, & ex eo superiorem clausulam fideliter decerpsi. Non desunt tamen. Ast, vt ad propositum redeamus.

2. Est hodiè etiam communis opinio dispositum iuris in Cœnobiarcha, habere locum & in Abbatissis.[e] Ostendi-

[e] *Panorm. d. cap. vlt. de stat. monach Iason Cons. 140. lib. 2. Fla. lib. 3. de resig. q. 12. n. 12.*

Ex iure visitandi quæ cōsequantur in cænobiarcha vel Abbatissa.

mus insuper Aceriarcham, maximè exemptam, ius habere visitandi loca & personas sibi subiectas, etiam habere clericos subiectos pleno iure ex Panormitano, Armilla. & Flaminio inter cæteros.

,, 3. At verò ex iure visitandi, & ,,ex visitatione per illam, aut per de- ,,putatum à se, sequitur iurisdictio pri ,,uandi, & destituendi, corrigendi, pu- ,,niendi, & castigandi. Et habere ple- ,,no iure subiectos, nihil aliud impor- ,,tat signanter, quàm institutionem, ,,destitutionem, visitationem & cor- ,,rectionem, vt dicunt Card. Parisius ,,& Flam. [f]

Quod si aliqui ineptè à nobis hæc concludi velint & extendi ab Abbatibus ad Abbatissas, attendant rogamus, Panor. Armill. & Glossam capitis *Dilecta* [g] antè nos illud ipsum effecisse: *Abbatissa,* ait Glossa illa, *ratione suæ administrationis post suam confirmationem potest conferre beneficia & Ecclesias*, & instituere *clericos in Ecclesiis & beneficiis sui monasterij, vt faciunt* [h] *Abbates confirmati iuxta caput,* NOSTI, & *caput,* EA NOSCITVR. [i] *Namque vt*

f Locis præcitatis.

g De maior & obed. ad verb. iurisdict.

h de elect.

i Tit. de his quæ fiunt à Pral. sine cōsensu capit. & cap. Nouit. & cap. Quanto eod. tit.

Abbas secundum illud caput præsentat cum consensu sui capituli, aut maioris vel sanioris partis eiusdem, in Ecclesiis in quibus habet ius præsentandi, itá & Abbatissa. Hactenus Glossa. Quæ cùm in principio expresśè dicat, Abbatem posse cōferre & instituere in suis Ecclesijs, & beneficiis; etsi in fine, de iure tātùm præsentandi loqui videatur, sanè nomine iuris pręsentationis cōprehendit & intelligit etiā ius cōferendi & instituendi: alioqui pugnātia diceret, & sibi-ipsi contradiceret: confundūtur siquidem inter se, & sæpius hæc vocabula, collatio, præsētatio, institutio, licet propriè sumpta, maximè inter se differant.

[k] *Abbas in cap. Auctoritate de institut. col. 1.*

Quid sit collatio propriè.

[l] *Lib. 12. de resig. benef. q. 2. n. 17.*

[m] *Cap. Cùm olim frater. cap. Auditis de præscript.*

[n] *Cap. Cùm olim de præscript.*

Potest ius collationis, institutionis & destitutionis præscriptione acquiri & defendi.

4. Collatio enim tùm propriè di-
„ citur,[k] cùm aliquis Prælatus, aut
„ Prælata habens potestatem, proui-
„ det alicui liberè de beneficio vacan-
„ te, absque præsentatione, atque ideò
„ donatio dicitur à Flaminio.[l] Possuntque Abbæ & aliæ personæ Ecclesiasticæ inferiores Episcopo, ex præscriptione temporis ius conferendi defendere, vt & alia iura Episcopalia,[m] quòd & in iure institutionis locum habere dicitur, & destitutionis,[n]

quamquam extra præscriptionem, inferior, qui habet ius conferendi, non conferat plenè, sed post eius collationem, exigatur prouisi institutio per Episcopum, aut eius vicarium.o

5. Collatio insuper, etiam vnica, „ sortita effectũ acquirit possessionem „ juris conferendi: p debetque fieri vt „ sit canonica, à verè habente jus con- „ ferendi, sine metu, q purè & simpli- „ citer, sine aliqua conditione, apertè, „ ex integro & pacto & sine aliqua di- „ minutione iurium, bonorum, fru- „ ctuum aut priuilegiorum beneficij; „ r & congruo tempore, id est, intra „ tempus à iure concessum ad confe- „ rendũ (nã post sex menses à deuolu- „ to, facta non tenet) & personis ido- „ neis & habentibus qualitates bene- „ ficio necessarias. Denique, in personis collatorum aut collatricum, requiritur, vt quo tempore conferunt, capaces sint, nec prohibeantur: Prohibentur verò, & non possunt legitimè conferre, ex quibusdam causis relatis à Rebuffo, s vt si suspensi à dignitate fuerint, si hæretici, Schismatici, si excommunicati.

o Cap. fin. de cler. peregr. & cap 3. de instit.

p Flam. lib. 7. q. 23. n. 41. Nauar. expressè. lib. 3. Cons. tit. de iur. patro. Consil. 3 n. 4. in fine.

Collatio vnica sortita effectũ acquirit possessionẽ iuris cõferẽdi.

q P Gregor. instit. benef. cap. 39. n. 12 13. 14. &c.

r Cap. cùm pridem de pact. & can. quam pio. 1. q. 2. cap. vnic. vt benef. sine dimin. cõf. vide & Naua. li. 3. cõsil. tit. de concess. preb. cons. 2.

s Praxi. benef. cap. de requisitis ad collat.

Qua de re, vt & de impedimentis canonicis attendendis in ijs qui de beneficiis per præsentationem aut collationem prouideri cupiunt, fusius agemus sequenti capite.

Posse conferre Abbatissam, præbendas aliquas pro sua parte, cum aliquo Decano pro sua altera, vt nimirùm Decanus duas, Abbatissa autem tertiam, probatur à Rota; [t] Collationes autem huiusmodi, necnon & præsentationes iure communi debere fieri, non per solos Abbates aut Abbatissas, sed per Abbatem aut Abbatissam, de concessu & voluntate capituli, eadem Rota definit. [v]

t *Decisione 1. eis alias 190. in antiq. tit. de præbend.*

v *Decisione 19. aliàs. 105 in antiq. eod. tit.*

Quid sit præsentatio.

6. Præsentatio ex se satis clara est, ex eo enim quod quis (vel sui) fundauerit, ædificauerit, aut dotauerit Ecclesiam, vel beneficium, quùm & quoties vacat, maximè per mortem, potest, & habet ius præsentandi Episcopo aliquem idoneum ad illud beneficium vacans, ita-vt teneatur omninò ordinarius, præsentatum ad illud, si verè sit idoneus, admittere: si verò non iudicaretur idoneus, tùm, si patronus laïcus fuerit, jus habet aliũ præsentan-

di, non autem si fuerit Ecclesiasticus; quia nimirum possit, teneaturque scire, & probare, quis-nam sit ad beneficium vacans idoneus antequam præsentet.

In hoc autem, crediderim Abbatissam patronã, æquiparandam patrono laico: quia naturaliter non possit, ac consectariè non teneatur probare qui-nam ex præsentandis, per se ad beneficia suæ præsentationis, sint idonei, & capaces, aut non. Et vt paulo superius numero quinto dicebamus, collationem vnicam sortitam effectum, acquirere ius conferendi: sic colligimus idem de præsentatione. Scribit enim Zerola eum qui semel aliquem præsentauerit, ita vt sequuta fuerit institutio, & institutus vixerit spatio quadraginta annorum, ea quæ requiruntur à Concil. Triden. vt quis verè patronus dici possit: nempe temporis legitimi præscriptionem, presentationem & institutionem, si verba Concil. ritè perpendantur. Vndè etiam ex Rochocurti. tract. de iure patro. in verbo competens n. 38. vnica & sola præsentatio inducit quasi possessionem patroni, si bona fide fiat. Quod ex pluri-

x 1. p. Praxi Episc. verb. ius patronatus. § 3.

rib. aliis confirmat idem Zerola loco citato.

7. Institutionis vtiquè lata est appellatio, quæ pro collatione interdum accipitur, nempè (vt diximus) pro concessione libera beneficij, facta ab Episcopo, iure communi, vel ab alio, ex consuetudine probata, vel ex vi priuilegij, vel præscriptionis temporis legitimi; y cuius collationis liberæ, & prouisio species est, vt obseruat inter cæteros Petrus Gregorius. z

y Cap. fin. de prabēd. in 6.

z In Syntag. iuris.

Sumitur etiā institutio, pro facultate intra Ecclesiā, vel in Ecclesia statuēdi præsentatū; in iure siquidē patronatus constituendo, Episcopi Diæcesani consensus requiritur, & tunc cōmuniter dicitur tale ius spiritualisatum (vt aiunt) quandò ab Episcopo approbatū est (quo nomine eximuntur oratoria, simplicesque capellæ, maximè castrēses, quæ non sunt propriè beneficia.) cùm nemo sine consensu Episcopi, possit ædificare Ecclesiam. a

a Cap. Nemo de consecrat. dist. 1. Can. qui religiosis cano. de Monachis. 8. q. 2. cap. final. de Eccles. ædificand.

Quare, propter auctoritatem ab Episcopo interpositam, ipse Episcopus habet in eo patronatu jus institutionis, *Hoc est, facultatem intra Ecclesiam, vel in Ecclesia statuendi præsentatum.*

Quid importet ius institutionis.

Relatumque sit verbum institutionis, ad alterius præsentationem: ea nãque institutio, non est libera donatio aut collatio beneficii, quia facta præsentatione, admitti debet ab Episcopo præsentatus, si sit idoneus, quem si repudiet, patet via refugii (vt dicunt) in refutũ, ad Archiepiscopum. Hincque concludendum, institutionem propriè accipi pro iuris siue beneficij Ecclesiastici translatione, seu prouisione, vt loquitur Concil. Trident. Sess. 14. cap. 12. non libera, sed ad præsentationem patroni facta. [b]

Quid sit propriè institutio.

8. Quæ sanè institutio, fit, aut per Episcopum, [c] aut ipsius Vicarium, [d] aut sede vacante, per capitulum, [e] aut per eum, cui alias ex priuilegio aut præscriptione competit. [f]

9. Ad quod addimus Concil. Trident. cuius hæc verba sunt. [g]

Decernit Sancta synodus, vt titulus iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis iurè requisitis ostẽdatur siuè etiam ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasue secundum iuris dispositio-

b Cap. 4. 5. 6 7. 8. cum simil. extra de iure patron.
c Cap. 4. 5. 8 10. 21. & cap. fin. extr. de iure patr.
d Cap. 3. extr. de iu. i.
e Cap. eod. 1. in 6.
f Cap. auditis & c. cum olim 18. extr. de præscr. & 16. vide Panorm.
g Sess. 25. c. 9. de refor. vide & sess. 14. cap. 12 & 13.

nem. In iis verò personis seu communitatibus vel vniuersitatibus, in quibus id ius plerumquè ex vsurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior & exactior probatio ad docẽdum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quàm si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis, tàm sæcularibus quã regularibus, seu parrochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscũque aliis beneficiis, in cathedrali, vel collegiata Ecclesia, seu facultates & priuilegia concessa tàm in vim patronatus, quã alio quocũque iure nominandi, eligendi, præsentendi ad ea, cùm vacãt exceptis patronatib⁹, super Cathedralibus Ecclesiis cõpetentibus & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem & Reges, seu regna possidentes, aliosquè sublimes ac supremos Principes, iura Imperij in dominijs suis habentes, pertinent, & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt, in totum abrogata, & irrita cum quasi possessione inde secuta intelligantur, beneficiaque huiusmodi, tanquam libera à suis collatoribus

conferantur, ac prouisiones huiusmodi plenum effectum consequantur. Adhæc, liceat Episcopo præsentatos à patronis si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen, iuxta aliàs statuta ab hac sancta Synodo, examinentur, alioquin institutio ab inferioribus facta, irrita sit & inanis.

10. Interdùm etiam sumitur institutio, sed laxato vocabulo, pro confirmatione electi, quam facit Episcopus,[h] & pro approbatione Episcopali, collationis ab alio quàm Episcopo factę, dicta *Auctorizabilis institutio*. Per quam secundum quosdam, vt præsertim Rodericus, datur potestas exercendi curam animarum, ligandi atque soluendi, atque ideo in Abbatissam cadere non potest, licet idem Rodericus fateatur eandem posse instituere: hoc est dare possessionem & titulum beneficiorum ad suam collationem spectantium. Item quandoquè sumitur[i] institutio (impropriè tamen) pro translatione possessionis, seu pro deductione in possessionem Ecclesiæ, siue beneficij Ecclesiastici, quam dicunt *Installationem* & in-

h *Cap. Cùm olim & toto tit. de elect
ion.*

i *Vt in cap. cũ solis de offfico Archidiac.*

ductionem in realem poſſeſſionem, quæ iure communi ad Archidiaconũ ſpectat, [k] nimirùm pro Eccleſiis aut beneficiis ſibi ſubiectis & Epiſcopo, non autem pro exemptis.

k Cap. Adhæc & cap. vt noſtrũ extr. de off. Archid.

Fit autem inſtitutio vel inueſtitura, duobus modis.

Aliquandò nimirum poſt collationem ſiue confirmationem, tuncque eſt facti, nullum ius tribuens, ſed primum tantùm exequens.

Fit inſtitutio ſiue inueſtitura duobus modis.

Aliquandò verò fit, nulla electione, confirmatione, vel collatione præcedente, tùm enim habet illa vim collationis propriæ, dummodò inueſtiens habeat vtramque poteſtatem, eligendi, confirmandi vel conferendi; quod locum habet in Epiſcopo quandò conferendo confirmat, idque iure proprio, ſecus tamen ſi alieno, vt ſi iure deuoluto tantum prouidere liceat, vt obſeruatur à Rota. [l]

l Deciſiõ. 16. alias. 441. tit. de cõceſſ. præb. in nouis.

„ 11. Permulùm igitur intereſt in„ter collationem, inſtitutionem, & „præſentationem, ſi propriè ſuman„tur; cùm collatio ſit libera beneficij „donatio; inſtitutio, ſit tranſlatio ſiue „confirmatio beneficij non libera, ſed

His paucis collat. inſtitutio & præſẽtatio inter ſe diſcriminantur.

necessaria & vltronea, vt ita dixerim, præsentatio autem, sit partim libera, partim necessaria, vt facilè ex dictis intelligi potest.

12. Verùm Abbatissa nonobstantibus quibusdam paulo antea ex Roderi. dictis per aliquem (vt per Archidiaconum vel per suum delegatum) potest instituere Vicarium temporalem in Ecclesia sibi pleno iure subiecta, aut ad eam spectante. Quia licet „Abbatissæ, aut Monialibus cura cō„mitti non possit, quo ad exercitium actuale, tamen ius potest ipsis competere, vt exercitium faciant per virum illius potestatis capacem, sicque definiuit Rota [m] in hæc verba.

m Decis. 21. tit. de Præbend.

13. *Quædam Vicaria vnius Ecclesiæ vnita est Abbatissæ cuiusdam Monasterij, Abbatissa prætendens quod Vicarius instituendus in illa Ecclesia ad eius præsentationem (ad quendam Archidiaconum, ad quem pertinet institutio de consuetudine) est reuocabilis ad nutum illius Abbatissæ: ideò dat articulos in ista materia cōtra quendam Vicarium, qui vicariam impetrauit, seu cōtra quendam ibi ad eius præsentationem insti-*

institutum; *Quaritur an sit bona ista materia*? Decisum est quod non, per caput *Dilectus*.[n] Nec obstat, quod ibi loquitur, quando fit institutio per Episcopum, quia idem & in alio, ad quem pertineat *auctorizabilis* institutio, quæ per consuetudinem potest competere Archidiacono. Item etiam ista materia videtur reproba, quia si talis Vicarius esset reuocabilis ad nutum, igitur cura non esset penes eũ; quia tum, non esset intitulatus, & sic oporteret quod cura esset penes Abbatissam & Conuentum, quod videtur inconueniens. Sed quid, si Abbatissæ esset Ecclesia illa pleno iure subiecta, & per aliquem Archidiaconum illa vellet sibi instituere Vicarium temporalem, nunquid poterit? Facit quod sic, notatum per Innocent.[o] nam talia, vt curæ commissio & similia, licet non benè posint cadere in mulieres, quoad exercitium actuale, ius tamen potest competere Monasterio, vt exercitium faciat, per virum capacem illius potestatis. Hactenus Rota: Ex qua planum omninò, Abbatissam per suum Officialem aut Archidiaconum

n De Capel. Monach. lib. 9.

o De præb. ca. in Later. & per gloss. in cap. cũ & plantare. §. in Ecclesia.

posse ne-dum præsentare, sed & instituere ad ea beneficia, quæ sibi pertinent pleno iure.

Quod verò superius diximus, nimirùm, dispositum iuris habere etiam locum in Abbatissa, comprobat Panormitan. p ita scribens; *Nota tertiò, quod clerici capellarum subiectarum alicui Prælato, illi etiam subiiciuntur ratione dictarum Ecclesiarum subiectarum. Vndè possunt per eam corrigi.* Quod in-„telligitur, quandò dictæ capellæ „sunt illi pleno iure subiectæ. Vn-„dè infertur (ait) quod si Abbas ha-„beat vnam Ecclesiam, aut Mona-„sterium, sibi pleno iure subiectum, „id est spiritualiter & temporaliter, „habet & per consequens iurisdi-„ctionem in clericos, qui in ea Eccle-„sia instituuntur: igitur, quemad-„modum quandò vna Ecclesia est „exempta, illius clerici per bonam „consequentiam, exemptionem reci-„piunt; ita quandò illi sunt subiecti, „sunt vtique & remanent illi subie-„cti. Hactenus Panorm. qui expressè „quæ dicta sunt extendit & ad Abba-„tissas, illas æquiparans q Abbatibus.

p *De Maio. & obed. cap. his qua.*

q *In cap. Dilecta quod est posterius dicto capiti His qua. n. 6*

„ Si Abbatissa (inquit) habeat capel-
„ las pleno iure subjectas, tùm clerici
„ illarum capellarum sibi subijciun-
„ tur, vt supra cap. proximo. *His quæ*
„ Hæc ille.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SVMMÆ.

1. *Quænam Monasteria sint dicantúrque exempta; & quib. verborum formis talia innotescant?*

2. *Quid propriè in exemptionum tabulis & diplomatibus importet aut significet hæc clausula* (salua Ecclesiæ N. hoc est Cathedralis, Canonica reuerentia) *si aliquandò in eis exprimatur aut reperiatur?*

3. *An & quomodò priuilegio exemptionis possit renunciari?*

VErùm, vt omnia quæ scribimus, si fieri possit, clara sint & aperta, iam nobis explicandum est, quænam beneficia & monasteria sint, dicantur-vè à Doctoribus exem-

pta, ac consectariè pleno iure spiritualiter & temporaliter subjecta, Prælatis, Abbatibus, & Abbatissis, vltra ea, quæ iam hac de re in cap. diximus.

a Lib. 2. q. 7. de resig. benef. n. 5.
b In cap. 1. de rerũ permut. lib. 6. n. 6. n. 132.

Obseruat inprimis Flaminius[a] ex Gamm.[b] beneficium siuè Monasterium triplici ratione dici exemptum. *Primò*, quandò soli Papæ subijcitur. *Secundò*, quandò est exemptum à proprio loci Episcopo, subest tamen alicui proprio Prælato. *Tertiò*, si Ecclesia sit exempta à iurisdictione Episcopi, nequaquam autem populus: quo casu, potest Episcopus beneficij recipere renunciationes tantùm. Quæ omnia ex bullis & titulis exemptionis distingui possunt & debent.

c Parte 2. lib. 3. cap. 28. de visitatorib. n. 94.
d Cap. si Papa de priuil. in 6. & cap. Cũ inferior. de maiori & obed.

Iacobus de Graffijs[c] scribit Monasteria esse exempta, quandò hoc expressè in priuilegio exprimitur; vt quandò dicitur, ab omni iurisdictione Episcopi talem Ecclesiam denunciamus exemptam (nam hæc clausula in totum eximit)[d] vel si dicitur, quod est iuris B. Petri: vel quod vestrum cænobium ad nos & Romanam curiam pertineat; & quod omnes fratres illic seruientes, ab omni potestate liberi,

Romanæ Eccleſiæ libertatis gratia potiantur. [e]

Eccleſiæ inſuper, quæ ſunt [f] Romanæ Eccleſię cenſuales, dicuntur exemptæ, non tamen omnes; vndè ne quis hac in re aberrare poſſit, notandum eſt caput. *Recepimus litteras*, * quod eſt Alexandri Papæ III. in Concilio Lateranenſi ad Apoſt. ſed. legatum.

Recepimus (ait Pōtifex) *litteras, quas de Eccleſiis cenſualibus direxiſti; cæterum, diligentiam tuam volumus non latere, quòd ſicut non omnes, qui ſpecialiter B. Petri iuris exiſtunt, annuatim Apoſtolicæ ſedi cenſum exoluunt, ita non omnes cenſuales, ab Epiſcoporum ſubiectione habentur immunes: inſpicienda ſunt ergo Eccleſiarum priuilegia, & ipſorum tenor eſt diligentius attendendus, vt ſi fuerit deprehenſum, quod Eccleſia, quæ cenſum ſoluit, ſpecialiter B. Petri iuris exiſtat*, & ad indicium perceptæ libertatis cenſus annuus conferatur, *non immeritò poterit ſpeciali prærogatiua gaudere:* ſi verò ad indicium perceptæ protectionis *cenſus perſoluitur, non ex hoc iuri diœceſani Epiſcopi aliquid videtur eſſe ſubtractum*; hactenus Pontifex.

Vidi ego priuilegium Apoſtolicum

e *Cap. Cùm olim de priuileg. Archid. in dict. cap. ſi Papa Innoc. in Clem. 2. de priuileg. Maria. Sōc. in ca. Recepimus n. 32. extr. de priuileg.*

f Extr. de priuileg. & exceſſ. Præl.

* Extr. de priuileg.

Vrbani Papæ II. pro Abbatia Iuuiniana in Diœcesi Treuiren. in quo post descriptionem omniũ bonorum & iurium Monasterij, & disertã declarationẽ quòd specialiter esset iuris B. Petri, tãdem ita habebatur. *Et ad indiciũ perceptæ à S.* R. *Ecclesia libertatis, quotãnis quinq. nũmos monetæ Virdunensis, Lateran. palatio persoluctis*, quod profectò signũ est euidens veræ & perfectæ libertatis, atq. exẽptionis. Quamobrem nõ immeritò illud idẽ Monasteriũ tale iudicatũ est, exemptũ scilicet à iurisdictione Archiepisc. Treuiren. nõ solũ per nos, sed etiã per sapientissimũ & doctissimum Nicolaũ Mariũ, Eccl. Episc. Virdu Decanũ super præfato Apostolico priuilegio aliquãdo consultũ.

Ioan. Andr. in Nouella super caput *Si Papa* [g] obseruat, in eo poni quatuordecim formas verborũ, quæ assertiuè prolatæ in priuilegijs concessis à Papa (qui solus & nõ alius priuilegiũ exemptionis cõcedere potest) sapiũt exemptionem, & refertur cap. illud à B. Antonino: [h] ita igitur habet Bonifacius Papa VIII. tàm in veteri quàm in Gregoriana editione. *Si Papa in aliquo priui.*

[g] *De priuil. in 6.*

[h] *Parte 3. summa c. 9. tit. 16. § 2.*

legio vel ſcriptura nō facta, principaliter ſuper donatione vel ſententia exemptionis, ſeu etiam libertatis, aliquā Eccleſiam ad ius & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere, vel conſimilia verba narret; non propterea illius Eccleſiæ exemptio eſt probata, niſi de libertate aliter doceatur. Si autem Eccleſiæ vel Monaſterio exemptionis priuilegium concedendo, vel ſuper ipſius exemptiones ſententiando (cùm de ipſius exemptionis negotio ageretur,) 1. aſſerat Eccleſiam fore exemptā: aut 2. eam B. Petri iuris exiſtere; ſiue 3. ad ius & proprietatē Rom. Eccleſiæ, vel ad Rom. Eccleſiā ſpecialiter aut ſine medio, vel etiam ſimpliciter pertinere; per hoc plenè debet exempta huiuſmodi Eccleſia iudicari. Cū enim iure cōmuni, omnes Eccleſiæ per orbē diffuſæ ad Romanam Eccleſiam pertineāt, ſi id alicui concedatur Eccleſiæ; 4. vel de ea per ſententiā indicetur, ex hoc ipſius comprobatur exēptio, vt priuilegii nihil aliàs allatura conceſsio ei, cui conceditur, & ſentētia nullum aliter datura ſubſidium, Eccleſiæ (pro qua fertur) aut prærogatiuā (cùm verba aliquid operari debeant) conferat gratiæ ſpecialis 5. Et eſt idem, ſi priuilegium cōtineat, vel ipſe Papa per modū exprimat ſupra ſcriptum, quod Eccleſia ſit libera: 6. ſeu Al. indicēt

quòd potiatur Romanæ Ecclesiæ libertate: 7. *vel quòd in hoc prærogatiua gaudeat speciali: aut si dicat indefinitè,* 8. *Quòd Ecclesiæ* R*omanæ annuum censum soluat*, ad perceptæ indicium libertatis: 9. *Siue quòd ipsam Ecclesiam eximit ab ordinarij potestate:* 10. *Vel quòd non audeat illic Episcopus Cathedram collocare, aut imperandi, seu ordinationem quamuis leuissimam faciendi, exercere aliquam potestatem.* 11. *Similiter si aliqui recipiantur in proprios & speciales subiectos, censentur exempti. Non autē sic, si in proprios & speciales filios* R*omanæ Ecclesiæ sint suscepti; tales quippè exempti propterea non existunt. Si verò dicatur simpliciter, quod aliqua* Ecclesia *Romanæ* Ecclesiæ *censum soluat annuū; non propter hoc exempta* Ecclesia *dici debet. Idem dicimus si circa aliqua* 12. *per priuilegium concedatur libertas, & clausula de censu annuo persoluendo sequatur; vt si aliquibus, quod ab alio, quàm à Papa seu eius legato excommunicari, suspendi, aut interdici non possint,* 13. *vel aliquid aliud specialiter à sede Apostolica sit indultum,* 14. *vel etiam dicatur, quod in speciales* Ecclesiæ Romanæ *filios sint assumpti, & sequatur in priuilegio,* quod Ecclesiæ Romanæ ad indicium libertatis per-

ceptæ annum censum soluant: hactenus Bonifacius.

2. Sed enim quia aliquandò exemptiones controuertantur & sæpius possint reuocari in dubium, eo quòd in plerisque exemptionum titulis, hęc reperiatur clausula (*salua Ecclesiæ. N. id est Diæcesanæ, Canonica reuerentia*) quæ in literis Apostolicis & Priuilegiis exemptionis apponi solet, notanda certè est hoc in loco eiusdem clausulæ per Felinum,[k] interpretatio. *Quia* (ait) *ius Reuerentiæ nūquam tollitur per exemptionem, ideo Episcopus præcederet in loco exēpto qui tamen esset in sua Diæcesi, hoc est, nonobstante exemptione, Episcopus præcedere debet Prælatum exemptum, etiam in Monasterio exempto, in Diæcesi Episcopi.* Hoc ipsum confirmat & Baldus.[l]

k In cap. Cū non liceat. n: 2.

Ecclesia (inquit) *exempta siuè liberata, tenetur nihilominus exhibere reuerentiam Episcopo, & ire obuiam processionaliter more aliorum; valeret tamen fortè præscriptio, quam probaret Ecclesia inferior, quod prælatus ipsius præcederet in sua parrochia, quia non est præscribere reuerentiam, sed reuerentiæ partem.*

l In leg. fin. per illū textū codi. de 60. qua lib.

Vult autem Panorm. differentiam

„esse inter Obedientiam, Reueren-„tiam, & Honorificentiam: Obedien-„tia conuenit subditis, non autem e-„xemptis, & consistit in exequutio-ne mandatorum. Reuerentia (secundum quosdam) conuenit etiam exemptis, & est honor exhibitus sine verbis, vt putà inclinando. Honorificentia, est honor cum verbis: quanquam illa duo sumãtur pro eodem, & causa maioris expressionis interdum accumulentur. Sit igitur satis superque explicatum, quid sit habere Ecclesiam, Monasterium, beneficia, & clericos pleno iure subiectos, & quomodò planè Monasteria non exempta, ab exemptis discriminari possint; superest vt paucis doceamus, an priuilegio exemptionis possit renunciari?

Differentia inter reuerẽtiã, obediẽtiã & honorificentiã, & quæ.

3. Abbas Panormita.[l] negantem amplectitur partem, quem absolutè sequutus est Zerola.[m] Ecclesia exempta ait non potest renunciare suo priuilegio libertatis. Ex quo patet, exemptionem & libertatem idem significare. Vndè, quandò in instrumentis & bullis reperitur & legitur; & in signũ

l In cap. cum tẽpore de arbitr. n. 2. & 7.

m 1. p. prax. Epis. verbo exẽptio vocab. sexto.

perceptæ à Sancta Romana Ecclesia, libertatis, idem est prorsus & indubiè, ac si diceretur, & in signum perceptæ aut concessæ immunitatis aut exemptionis.

Hæcquè pars negans hac ratione Panor. fulcitur; quia in exemptione agatur, nedum de fauore exempti, sed etiam Prælati, siuè superioris eximentis & liberantis.[n]

Albericus [o] affirmantem tuetur, tenetque, quòd exemptus renunciare potest priuilegio exemptionis per legem *Si quis*, iam in margine citatam; & ad leges contrarias respondet, quod loquuntur de priuilegio iuris communis, introducto in fauorem ordinis clericalis, cui renunciari non potest, sed benè priuilegio speciali.

Angelus, arbitratur exemptum posse renunciare, quandò ipse impetrauit exemptionem: non autem quandò superior eum exemit proprio motu.

Syluester admittit quidem posse renunciare in aliquo casu, non tamen simpliciter; & in suum, non autem superioris præiudicium. At verò, cùm rarò fieri posse mihi videantur huius-

n *Ad cap. Ad Apostolicã. de regula. & in l. si quis in conscribẽdo. Cod. de Episc. & cleri.*

o *In d. leg. si quis.*

p *Verbo exẽptio. § 10.*

modi renunciationes exemptionum, absque superioris, aut subditorum, vel etiam successorum Prælati exempti renunciantis dispendio, hinc mihi est pars negans multo probabilior. Vndè reijcit Syluester distinctionem ab Angelo allegatã. Quia, ait, exemptio detur gratia eximentis & exempti, siuè illa detur ad eius petitionem, siuè ex proprio superioris motu concedatur, etsi principaliter, gratia exempti, vt quietiùs viuat concedi soleat.

Loco citato & eodem §.

Ex quibus colligit, & id quidem optimè, dictus Syluester, exemptum litigantem coram ordinario, & non allegantem suam exemptionem, non proindè eam perdere, ex Panormitano:q nec sententiam in illum latam tenere, nonobstante eius taciturnitate. Quia, etsi voluerit, non potuerit tamẽ nec debuerit in ordinarium consentire vt in iudicem, vt tenet Ioannes Andreas. r

q *In cap. 1. de senten. & re iudica.*

r *in regul. scienti, & cõsentiẽ. de regul. iur. lib. 6 vide & cap. cum tempore de arbitr.*

Cuius sane assertio aptissimè omninoque conuenit *Cap. cum tempore*, s quod est Innocentij Papæ III. Abbati & Conuentui de Pigrauia (alij legunt de Pisama: alij verò de Pigamia.)

s *Extra. tit. de Arbitris.*

In eo enim apparet planè Ecclesiam exemptam non posse in exemptionis præiudicium compromittere.

Enim-verò cùm præfatus Abbas priuilegia aliasque à sede Apostolica aliquando impetrasset indulgentias, eas autem grauiter & iniquo animo tulisset Episcopus Mersburgen. eius Diœcesanus, adeò, vt non minimæ inter eos contentiones subortæ essent, vt eas tandem componerent, hînc indè fide data, in Archiepiscopum Magdeburgen. compromiserunt illius arbitrium seruaturi.

Qui Archiepiscopus arbitrariam sententiam sub certa forma, super cõtrouersiis illis promulgauit, decernens Abbatem priuilegiis & indulgentiis renunciaturum. Cui sententiæ cùm stare obtemperareque renueret Abbas, ideoque alia inter eos suborta discordia, tandem, & Episcopus & Heteriarcha, per procuratores Sum. Pontificem adiêre.

Pontifex verò Innocentius III. examinato compromisso & arbitrio dato, quia ei legitimè constaret, quòd fide hînc indè data compromissum

fuisset in Archiepiscopũ, pronuntiat præfatum datum arbitrium esse obseruandum, exceptis tamen Capitulis illis, quæ contra libertatem ipsius Monasterij, & duarum eiusdem Capellarum in arbitrio erant expressa. *Quia (ait pontifex Abbati) Etsi sponte volueris, de iure tamen nequiueris sine licentia Rom. Pontificis priuilegiis renunciare, vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant ad ius & proprietatem* Romanæ Eccl*esiæ pertinere.*

Illud ipsum comprobatur à Petro Buisfeldio [t] suffraganeo Treuiren. ex pluribus sed presertim ex eodem Pontifice Innocentio III. ita Pisano Archiepiscopo scribente.

[t] *Cap. 7. de iniur. & de damno dato fol. 446. & 447. v. cap. si diligenti de foro competen.*

Asseruisti te vsque ad hæc tempora tenuisse, quòd licitum sit clerico renunciare saltem in temporalibus causis iuri suo, & sibi laïcum iudicem constituere, præsertim vbi aduersarij voluntas accedit; ac tenere iuramentum super hoc interpositum respondisti, *Immemor constitutionis qua cauetur, pacto priuatorum iuri publi-*

co minimè derogari. [x]Cùm ergo ius hoc in Mileuitano & Carthaginenſi Conciliјs ſit ſpecialiter promulgatum, ne clerici clericos relicto ſuo Pontifice ad iudicia publica pertrahant &c. Et infra ſubiungitur his verbis.

[x] *ff. de pac. ius publicũ.*

Manifeſtè patet quod non ſolum inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci non poſſunt, vt ſecularia iudicia ſubeant, cum non ſit beneficium hoc perſonale, cui renunciari valeat: ſed potius toti collegio Eccleſia*ſtico ſit publicè indultum*: cui priuatorum pacto derogari non poteſt.

Nemo ius publicũ poteſt remittere aliquibus patronibus: nec murare formam antiquitus cõſtitutã ff. de adminiſt. tutor.

Nec iuramentum licitè ſeruari potuit, quod contra Canonica inſtituta illicitis pactionibus informatur. Ex quibus optimè colligit gloſſematarius præfati Cap. *cùm tempore.*

Primò, Iuramentum in eo, quod ius alterius tangit, minime tenere & ſubſiſtere.

Secundò, Arbitrariam ſententiam poſſe ex parte tantùm tenere, & ex parte nullius eſſe roboris & momenti.

Tertiò, exemptos Ecclesiasque liberas non posse publicè aut priuatim, iudicialiter vel aliàs priuilegiis suæ libertatis & exemptionis derogare aut cedere absquè illius expressa licentia cui subsunt, contra legem si quis in conscribendo.[x] Adde denique ex eodem glossemate [y] in causa liberali, hoc est libertatis & exemptionis, arbitrium non posse interuenire.[z]

Atque ideò non tenetur exemptus citatus ab ordinario, comparere, si sit notoriè exemptus, & dudùm in priuilegio exemptionis toleratus. Si verò non constet ita notoriè illum esse exemptum, tunc tenetur quidem comparere, & allegare suum priuilegium; & in loco securo & congruo, & infrà terminum competentem ordinario ostēdere,[a] vel acquisitionem aut possessionem libertatis aut exemptionis, quę præsumitur & acquiritur, per quasi possessionem quadraginta annorum, vt obseruant Episcopus Minorensis[b] & Nauarrus,[c] ex capite *De quarta*, de præscriptionibus. Quo in negotio multi simplices & iudices, & priuilegia, vel possessionem exemptionis haben-

x *Cod. de pactis.*
y *§. libertatis.*
z *ff. de lib. caus. non distinguemus §. de liberali & extra tit. de in integr. restitu in fin.*
a *1. Cap. Cū persona de priuileg. lib. 6.*
b *2. part. prax. Episc. verbo exēpti §. 5.*
c *Consil. n. 3. de præscrip.*

habentes, ſua ſimplicitate & negligentia, aliquando decipiuntur, non ſine graui ſuarum Eccleſiarum iactura & detrimento.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SVMMÆ.

1. *Regularia beneficia regularibus, ſæcularia verò ſæcularibus clericis danda.*

2. *Ex Clementina Quia propter, tit. de ſupplen. negligen. Prælatorum colligitur, iure communi prouiſionem, collationem, inſtitu. & deſtitutionem beneficiorum regularium & aliorum Monaſterijs vnitorum ſpectare ad Cœnobiarchas.*

3. *Proponitur oppoſitio, ſumpta ex capite primo, de capellis Monachorum, quæ diſſoluitur luculenter ex varia interpretatione illius capitis, ex diuerſis Doctoribus diligenter obſeruanda.*

4. *Collationes beneficiorum regularium, & Monaſteriis vnitorum, de iure communi debent fieri, ab Antiſtitibus regularibus cum ſuis capitulis.*
5. *Conſuetudine tamen ſolus Abbas, aut Antiſtita conferre aut præſentare poteſt.*

6. *Per reseruationem alternatiuam, pro benef. regular. pontifex dicitur tantum sibi reseruare Prioratus Conuentuales.*

7. *In beneficiis simplicibus, quæ non sunt de iure patronatus, & ad collationem inferiorum pertinent, Episcopi examen non est necessarium, in Curatis autem & patronatis secus: quæ ex tribus Congregationis decisionibus comprobantur.*

8. *Ad quos pertineat cognoscere de iuribus patronatus, & patronorum disceptationibus? ex Congregatione Cardinal.*

* Cap. II. n. 10.

DIximus supra, * differentiam esse, eamque maximam, inter collationem, præsentationem, institutionem & destitutionem, quæ sanè nasci videtur à diuersa beneficiorum natura & qualitate.

1. Sunt enim inter beneficia, etiam Abbatibus & Abbatissis tàm exemptis quàm non exemptis subiecta, alia, quę solis Monachis; alia verò, quæ solis clericis sæcularibus conferri possint & soleant: & eorundem, alia curata, alia sine cura, de quibus omnibus notandum, quod habetur ex Clemente V. in Concilio Viennensi; [a] ait enim.

a Clement. vnica de supplend. negl. Prælat.

Quia regulares Prælati, Prioratus, Ecclesias, administrationes, aut quęuis alia beneficia, *ad eorum dispositionem spectãtia cùm vacant, interdùm committere negligũt vel conferre intra tempus in Lateranen. Cõcilio constitutũ* (hoc est sex mensium) a *Diœcesani locorum in non exemptis sua, in exemptis verò, Apostolica auctoritate negligentiã super hoc suppleant eorũdem: Prioratus, Ecclesias, administrationes, & beneficia huiusmodi, illa videlicet, quæ consueuerunt per sæculares clericos gubernari sæcularibus clericis, alia verò, quæ religiosis duntaxat committi sunt solita, vel conferri, religiosis Monasteriorum, quorum Prælati huiusmodi negligentes fuerint conferendo. Eadem quoque Diœcesani suffulti auctorltate nullo modo permittant, quod ijdem Prælati, Prioratus, Ecclesias, administrationes, aut beneficia huiusmodi applicent mensis suis pensionesue nouas eis imponant aut veteres augeant, siuè quod ipsis de nouo imposita siue auctæ soluantur. Præmissa verò de Prioratibus, Ecclesiis, administrationibus & beneficiis intelligimus, quæ non sunt de mensa Prælatorum ipsorum, sed speciales Priores, administratores seu rectores consueuerunt habere &c.*

a Sub Alex. III. cap 18. repetitio extra. de cõcessio: prebenda cap. 2. nulla Ecclesia.

2. Ex qua Clementina potest colligi, de iure communi & ordinario, prouisionem & collationem, beneficiorũque regularium, siue in titulũ, siue ad nutum institutionem & depositionẽ, ad Abbates Abbatissasque pertinere; nec-nõ & quorum-vis aliorum beneficiorum Monasterijs vnitorum, & ab eisdem dependẽtium, quæ cõmitti aut conferri solent, tàm Monachis, quàm clericis sæcularibus, siuè illa sint curata beneficia, siuè simplicia, pro-vt ex fine dictæ Clement. patet & ex sequentibus magis innotescet: at per deuolutionem, ratione negligentiæ eorumdem Abbatum, pertinet ad Episcopum, vt ordinarium in non exẽptis Monasterijs, in exemptis verò, vt delegatum Apostolicum.

3. Si quis autem opponat statutum Vrbani Papæ IV.[c] quo cauetur, ne populus in Ecclesijs, vbi Monachi habitant, per Monachum regatur, sed Capellanus, qui populum regat, ab Abbate per consilium Monachorum instituatur; ita vt, ex solius Episcopi arbitrio, tàm ordinatio eius quàm depositio, & totius vitæ pendeat conuersa-

[c] Cap. de capell. Monach.

tio? Respondemus, caput illud intelligendum, quandò sine institutione & consensu Abbatis, Monachi curam animarum susciperent: possunt enim Monachi præfici Ecclesiis parochialibus per Episcopum, sed de consensu sui Abbatis, quod probat communior D.D. opinio & praxis.

Adde, quod Ioan. Andr. super illud ,, ipsum caput, habet, loqui tantùm de ,, Ecclesiijs parochialibus; intelligen-,, dumque de his, quæ non pleno iure ,, spectant ad Monachos; imò, etsi pleno iure spectent ad eosdem, dummodò populus non sit exemptus: tunc enim, [d] ratione populi cuius curam committit Episcopus, examinabit idẽ Episcopus, sed non Abbas: instituet & destituet, secundum quosdam, vt dictum iam est, qui sic intelligendũ volunt dictũ can. *Sanè.* Alij verò intelligũt hoc caput, de Ecclesijs parochialibus in quibus Abbas nõ est patronus, nec presbyter ab eo aliquid recipit, sed à populo: aliàs, hoc est, si Abbas patronus sit, aut ab eo aliquid presbyter recipiat, tùm vtiquè sacerdotem institueret & remoueret, Innocentius au-

d *Causa* 16. *Can. sane.*

tem habet, quòd quandocumque Episcopus concedit curam animarum sacerdoti, semper destitutio nō ad Abbatem, sed ad Episcopum spectat: licet Episcopo (ait Ioan. Andr. [e]) fiat præsentatio solùm quo ad curam populi, quam habet Episcopus committere, pertinebit tamen ad eum examinare, vt repellat, si insufficiens esset aut perniciosus: hocque habere locum, etiā si aliàs in spiritualibus & temporalibus, pleno iure habeant Monachi Ecclesiā, ex Episcopi collatione: curā siquidem populi à se abdicare non potest, [f] aliàs curam aut iurisdictionē Episcopalē à se abdicare posset, quod nō licet.

e In nouella sup. hoc cap.

f ff de officio præf. lege penult.

Volūt insuper, institutionē Capellani in parochialibus patronatis, & ad Monasteriū pertinentibus præsentati Episcopo, debere per Episcopum fieri, non requisito vlterius Monachorum consilio; & sic eiusdem Capellani totius vitæ visitationem, ordinationem, institutionem, destitutionem, hoc est remotionem, ad Episcopum pertinere, non autem ad Abbatem & monachos.

3. At meritò Hostiensis, illud intelli-

„gendum affirmat de Ecclesijs, quæ
„non pleno iure spectent ad Mona-
„chos, iuxta caput *Auaritiæ*. [g] Quod
„& ex eodem Ioan. Andrea potest
„confirmari. Dicit enim, quòd quam-
„uis interdum Ecclesia spectet ad re-
„ligiosos pleno iure, ac ita sanè, quòd
„in ea rectorem etiam instituant, quã-
„dò tamẽ populus non est exemptus,
„oportet huiusmodi rectorem præ-
„sentari Episcopo, vt ab ipso recipiat
„curam populi; & de illa cura tene-
„bitur tantùm respondere Episcopo,
„qui in sua visitatione ab illo Vicario
„rectore, quomodo & quando popu-
„lo celebret diuina officia, & qualiter
„ administret Sacramenta, inquiret: de
„reliquis autem inquiret Abbas Mo-
„nasterij, ad quod pleno iure spectat
„Ecclesia, & id quidem, nisi per priui-
„legium ipse populus esset exemptus,
„quod est satis rarum: tùm enim Epis-
copus ibi nihil facere haberet, sed
Abbas, vt testatur refertque D. An-
toninus. [h]

g De præb. & 16 q. 2. ca. 1. & 2.

h 3. parte, tit 16. cap. . §. 3.

4. Prouisiones autem & præsenta-
tiones, seu collationes beneficiorum
regularium, & Ecclesiarum parochia-

lium Monasteriis vnitarum, aut ab eis dependentium, debent fieri à Prælato & Conuentu, de iure communi, estque communis D.D. opinio.

5. Cōsuetudo tamen potest contrarium inducere, videlicet, vt Abbas aut Abbatissa, sola & sine Conuentu prouideat,[i] aut præsentet; quæ omnia conueniunt his, quę iam à nobis dicta sunt. Vt igitur ad id quod initio huius capitis positum est, reuertamur,

i Cap. Ea noscitur de his quæ fiunt à Prælat.

Ad Abbatum & Abbatissarum collationem & prouisionem cum Consilio suorum Monachorum & Monialium (nisi ius illud contra Monachos legitimè præscripserint) pertinent omnia beneficia, officia, & administrationes, aut alia simplicia beneficia, vt præbendæ & altaria suorum Monasteriorum & in Ecclesijs aut oratorijs Abbatiarum fundata & instituta, etiã sine Episcopi examine, vt infra docetur; possuntque Abbates & Abbatissæ, maximè exemptæ, conferre, instituere, & destituere in dictis beneficijs regularibus capaces Monachos & Monachas, etiam in omni mense.

Possunt Abba. & Antistita, contra suos conuentus præscribere ius conferendi beneficia, soli & sine capitulo.

6. In reseruationibus enim Apostolicis, Summus Pontifex dicitur intendere solùm sibi reseruare collationem alternatiuam Prioratuum conuentualium, non autem aliorum beneficiorum & officiorum claustralium simplicium: siuè conferantur in titulum, siuè manualiter tantùm.

Quæ beneficia regularia aliternatiuè sibi reseruare dicatur Pontifex.

Sanè quo-ad simplicia beneficia sita in Monasterijs, aut extra, Monachis tamen & Monialibus (præsertim exẽptis) subjecta, non patronata: ac per consequens, ad illorum aut quorumcunque aliorum inferiorum collatorum (pro alijs simplicibus beneficijs non curatis, nec Monasterijs aut regularibus, sed aliis subiectis) sic declarauit sacra Illust. Card. interpretum Concilij Congregatio.

7. *In beneficiis autem simplicibus, quæ non sunt de iure patronatus, sed sunt ad collationem inferiorum, examen Episcopi non est necessarium; atque sic censuit dicta Congregatio in vna* Cremonensi. In omnibus autem alijs beneficijs curatis, aut simplicibus, & ad eosdem Abbates aut Abbatissas iure patronatus pertinentibus, præsentatos per eosdẽ Abbates

Decisio Congregationis.

Episcopo, & per eundem examinatos & approbatos tantùm possunt instituere, & eisdem dicta beneficia conferre: sicque item declarauit eadem Congregatio in hæc verba. k

k *In cap. 9. sessi. 25.*

Alia Cógregationis declaratio.

Hoc decretum capitis noui non modò habet locum in simplicibus beneficiis, sed & in Curatis, de quibus in sess. 24. c 18. & sess. 25. c. 11. de regularibus (hoc est patronatis) & cóprehenduntur Abbates Commendatarij, & quicunque inferiores qualibet immunitate muniti, etsi ordinariam iurisdictionem haberent in locis beneficiorum, & in clericos ad dicta beneficia præsentatos: Sic etiam censuit in vna Iacen. Mediolan. Cremon.

l *Super cap. 9. sess. 25.*

Est & *Tertia* alia declaratio, quæ ita habet: l *Etiam si isti inferiores institutores essent Monachi, vel capitulum, examen præsentandorum ad omnia beneficia iuris patronatus, ad* Episcopum *pertinet:* sic Cógregatio censuit in vna Cremonensi.

Alia.

Alia.

Proposito etiam maximè conueniũt & sequentia decreta eiusdem Congregationis, videlicet.

Omnes Præsentati, ab Ordinario siue Episcopo, sunt examinandi, etiam quòd institutio ad inferiores pertineat; nam Epis-

copus probare debet, an ſint ætate, litteris & ſufficentia idonei, licet alterius diæceſis eſſent: Sic Congregatio cenſuit in vna Taurinen. Cremonen.

„ Epiſcopus tamen non aget (cum „ examinatoribus) niſi de vita, mori„ bus & doctrina præſentandorum. „ Congregatio enim cenſuit, præſen„ tationem Epiſcopo faciendam eſſe, „ quo-ad effectum examinis dunta„ xat. Deinde, ſi controuerſia fuerit „ circa iuſpatronatus, illo dilucida„ to & probato, Epiſcopus debet re„ mittere ad inferiorem pro inſtitu„ tione: ſed ſi præſentatus illegitimus „ fuerit, inferior cognoſcet de validi„ tate & inualiditate diſpenſationis, „ etiamſi eſſet ad beneficium cura„ tum præſentatus, ex cap. 18. Seſ„ ſionis 24.

„ 8. Cognoſcere autem de iuribus „ patronatus & patronorum diſcepta„ tione, ſpectat ad Epiſcopum, quam„ uis inſtitutio pertineat ad Capitu„ lum; ſicque congregatio cenſuit in „ vna Lucenſi.

* *Cognoſcere de iurib. patronatus & patronorum diſceptatione pertinet & ad Epiſcopos. Deciſio Cōgregationis.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVMMÆ.

1. *Quæ sit potestas Episcopi in beneficiarios beneficiorum cum cura, vnitorum Monasteriis?*

2. *An nomine capellani assumendi ad parochialem Ecclesiam, intelligi debeat regularis, aut sæcularis? item an sit amouibilis ad nutum, & per quem?*

3. *Quisnam proprie dicatur curio aut parochus primitiuus?*

4. *Reseruationes Apostolicæ, quæ non sunt in corpore iuris clausæ, non impediunt collationes Ordinariorum in Gallia & in Germania.*

5. *Tres casu excepti enucleantur.*

6. *Omnes patroni patronæ-ve, & collatrices, intra viginti dies à die notitiæ verisimilis mortis, tenentur præsentari ad parochias patronatas, & præsentati à præsentatione & die confecti examinis intra duos menses institui, & à quo?*

EAdem sacra Congregatio interpretata decretum capitis. 13. sessionis 14. Concilij Tridentini, censuit, quæ dicta sunt esse de iuribus patronatus legitimè ante Concilium acquisitis intelligenda, præsentationémque prædictam, in omnibus beneficiis iurispatronatus Episcopis faciendam, habere etiam locum in personis admittendis in Ecclesijs receptiuis.

1. Videndum iam nobis restat, quid pro solis beneficijs curatis vnitis Monasterijs, & ab eisdem dependentibus censuerit: ante omnia itaque notandum est decretum Concilij.[a]

a Cap. 11. sess. 25.

In Monasteriis (ait) *seu domib. virorum seu mulierum, quibus imminet cura animarum personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum seu locorum familia, personæ tàm regulares quàm sæculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in iis, quæ ad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius diœcesi sunt sita; nec ibi aliqui, etiam ad nutum amouibiles deputentur, nisi de eiusdem con-*

sensu, ac præuio examine per eum, aut eius vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, exceptis etiam iis Monasteriis seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut capita ordinum, principalem sedem ordinariam habent, atque aliis Monasteriis seu domibus, in quibus Abbates aut alii regularium superiores, iurisdictionem Episcopalem & temporalem in parochianos excercent, saluo tamen eorũ Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca & personas iurisdictionem exercent. Super quod decretum, notandæ etiam pro monachis, religiosis, & monialib., habentib. parochias suis Monasteriis vnitas, aut ius curati primitiui, declarationes sequentes eiusdem congregationis Concilii, quarum hæc est prima.

Decisio Cõgregationis.

„ Parochiales vnitas Monasteriis, quæ „ iurisdictionem habent, ordinarii vi- „ sitare possunt & personas tantùm, „ quo-ad ea, quæ ad curam animarum „ pertinent: in his quoque parochia- „ libus possunt deputari à superiorib. „ regularib. capellani ad nutum amo- „ uibiles, dummodò approbati sint ab „ Episcopis.

2. Quidam,[b] per Capellanum à Monachis in huiuſmodi parochialib. Eccleſijs aſſumendum, intelligendũ volunt clericum ſæcularem, cui de redditib. aſſignetur[c] congrua portio, quę „ eſt ex conſtitutione Pij. V. & ex declratione Congregationis Cõcilij, „ quinquaginta ducatorũ, nulla con- „ ſuetudine, aut præſcriptione obſtante. At ſecũdum D. Antonin.[d] dictum caput primùm *De capellis Monachorum* loquendo in principio de Capellano, non diſtinguit an debeat eſſe Monachus, aut regularis, an ſæcularis tantùm: tacitè indè colligens, etiam regularem in Vicarium aſſumi poſſe ex auctoritate Abbatis, & ex approbatione Epiſcopi, vt dictum eſt. Quod confirmari etiam videtur, per allegatam declarationem Congregationis Cardinalium, quæ Capellanos generaliter (non diſtinguens de regularibus aut ſæcularibus clericis) dicit poſſe à ſuperioribus regularibus ad nutum deputari in parochialibus ſuis, vt dictum fuit, & ſequitur ex dicendis.

Eadem quippè Congregatio interprætata hæc verba nimirum

b *In cap. 1. de capell. Monach.*

c *Cap. de Monachis de præb.*

Quanta eſſe debeat vicarierum portio ex Pio V. & congregatione.

d *Part. 3. tit. 16. cap. 9. § 3. ſub finem.*

Vicarium faciendo, hæc dicit: *Nominatio seu electio Vicarii spectat ad Abbatem siue rectorem* (vtiquè primitiuum) *approbatio ad Episcopum, de cuius consensu, Vicarius Amouibilis deputandus ad nutum: potest amoueri ab Abbatib. & Rectorib., non autem ab Episcopo, nisi ex causa legitima atquè approbata, propter quam etiamsi perpetuus esset, priuari posset.* Quia verò inter Monasteria, alia sunt exempta, alia minimè; specialiter obseruanda est pro exemptis sequens alia declaratio eiusdem Congregationis: *Non intelligitur* (ait) *decretum huius capitis* [f] *Priuilegiis derogare, nisi in iis tantum, quæ curam animarum, & actualem Sacramentorum administrationem concernunt.*

Cap. 11. sess. 25. Concil. de Regula. Notanda Cōgregationis Decisio.

f 11. Sess. 25.

Alia Decisio Congregationis.

3. Ius curæ primitiuæ, illi Rectores, Abbates & Abbatissæ habere dicendi sunt, in Ecclesijs pagorum & locorum, in quibus habent iurisdictionem temporalem & spiritualem, quod cognoscitur, quandò pagi, villæ, aut loca dicta, tenentur obseruare & obseruant festa propria patronorum aut patronarum Ecclesiæ, Abbatiarum, „aut Monasteriorū à quibus depen„dent, quibusq. subijciuntur: quandò etiam

Qui Abbates, Abbatissa, aut alij sunt dicendi habere ius curati primitiui. Quomodo illud ius cognoscitur.

„dò etiam illi Rectores, Abbatiſſæ, & „Abbates, ſuppeditare tenentur dictis Parochiis calicem, miſſale, aut „alia huiuſmodi; quique obligantur „ad conſeruationem fabricæ totius, „vel partis Eccleſiæ, & ad eandem reſarciendam ſi & quandò indiget; „deniquè, quãdò habent ius & poſſeſſionem (cum prædictis) omnium, „aut maioris partis decimarum, cum „titulo expreſſo vnionis & donationis dictarum Eccleſiarum parochialium à ſuis Monaſteriis dependentium: ij (inquam) omnes prædicti, „iuriſdictionem ſpiritualem & temporalem habentes, ius etiam Curæ primitiuæ, ac deniquè collationis & inſtitutionis (cùm vacant) ſiuè Vicarius „ſit amouibilis, ſiuè perpetuus, iure ac „meritò dicuntur habere, vt ex præcedentibus decretis, & Sacri Concilij Congregationis declarationibus eſt manifeſtum.

Ius dico, collationis in ſuis menſibus alternatiuis cum Summo Pontifice quo ad Vicariatus perpetuos (secùs verò, quando ſolent donari ad tẽpus & manualiter) qui de duodecim

ſibi reſeruare ſolet in regulis cancellariæ, & alibi, octo menſes, niſi inferiores ſint ſub cõcordatis Regnorum & Principum, habentium ſex menſes; vt in Germania, in qua menſes reſeruati collationi beneficiorum Sedi Apoſtolicę, ſunt Ianuarius, Martius, Majus, Iulius, September, & Nouẽber, Menſes autem inferiorum & ordinariorum collatorum, ſunt Februarius, Aprilis, Iunius, Auguſtus, October, & December: ſicque confert Summus Pontifex in primo, poſtea ordinarius, ſiuè inferior collator aut Epiſcopus in ſecundo, & ſic alternatiuè: exceptis item alijs reſeruationibus Apoſtolicis, ſi quæ ſint. De quibus vide P. Gregor. [g] qui ſcribit Pium Papam. [h] V. omnia beneficia vacatura per crimen hæreſeos, ſibi reſeruaſſe.

Qui ſunt mẽſes alternatiui collatorũ & collatricum in Germania.

[g] Inſtit. beneficiaria cap. 24. n. 19. & ſequent.

[h] Cõſt ſub data Romæ apud S. Petrum anno 1566. 6. kal. Februarij.

[i] Tract. reſeruation. q. 99.

4. Quo in loco tamen ſcribit ex Simoneta, [i] illam aut ſimiles reſeruationes, quæ non ſunt in corpore iuris clauſæ, non impedire in Germania collationes ordinariorum: quod itidem in Gallia dicendum, in qua reſeruationes generales vel ſpeciales ſublatę ſunt, nec impediunt ordinarios col.

latores, k exceptis tamen tribus casibus, de quibus Rebuff. l

5. *Primus*, quandò vacatio inducitur in curia Romana, iuxta reseruationem clausam in cap. 2. *de præbendis*. m

Secundus, si agatur de beneficijs officialium curiæ Apostolicæ n nisi in iure Regaliæ vacent, vt idem Rebuff. ait conclusum in Senatu Parisiensi. o

Tertius, est in beneficijs maioribus & dignitatibus conclusis reseruationibus in corpore iuris. p

6. Obseruandum insuper, omnes patronos & patronas, tam clericos quàm Regulares & sæculares debere præsentare ad parochias patronatas vacantes, intra viginti dies à die, non obitus simpliciter, sed verisimilis notitiæ mortis demortui, iuxta constitutionem Pij. V. q præsentatique examinati, & approbati per examen, debent intra duos menses à die præsentationis & confecti examinis institui ab ordinario, alioqui deuoluitur beneficiũ
„ ad Papam ex constitutione eiusdem
„ Pij V. possuntquè Prelati, Abbates &
„ Abbatissæ, iuspatronatus tam in sim-
„ plicibus quàm curatis beneficijs cõ-

k §. 1. *de reseruation. tam general. quam special. sub- bla. in Concordat.*
l *Ad dictum* §. 1.
m *In* 6.
n *Per extr. Ad regim. tit. de præb. in extrauag. comm.*
o 3. *Iulij. an.* 1338.
p *De quibus in Clem. vn. de rer. perm. & quas enumerat Probus in addit. ad Ioan. Monach. ad cap præsent. tit. de offi. ordin. in* 6.
q *Nauar. tit. de immunita. Eccles. Cõs.* 2. *n.* 3. *Zerola prax. Epis.* 1. *part. voca ius patron.* §. 4.

tra reges & principes ſpatio quadraginta annorum præſcribere.[r]

r Zerola eod. verb. §.3. Afflict. in prælud. constitutiõ. Reg. q.19 per cap consultationibus eod. tit. Couarru. practicarum quæstionum. cap.14. num 2. verſu. 3. Nauar. de iure patrona Cõſil. 4. num 4. & 5. & de præſcriptioni. Conſil. 1. n.3. fol. 653.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SVMMÆ.

1. *In quo differant patroni regulares & ſæculares clerici, à laïcis, & unde iuſpatronatus oriatur, & quid ſit?*
2. *Quomodò deperdatur idem ius, & quis honor patronis exhibendus?*
3. *An hæreditario iure, venditionis, permutationis &c. Ius huiuſmodi poſſit haberi.*

1 IN eo inſuper differunt patronæ & patroni regulares, & clerici, à laïcis, quod laïci tantum habeant quatuor menſes ad præſentandum, in non curatis; regulares verò & clerici, ſex, etſi fortè laïcum compatronum habeant.[a] Huic etiam iuripatronatus ſiue in beneficijs curatis ſiue ſimplicibus, non cenſetur derogare Pontif. Max. per gratiam de conſe.

a Cap. vnico de iure patr. in6. §. verũ. Et Petr. Gregor. inſtitution. benefic. cap.10. n.16

rendo beneficio generaliter conceſſã, vt ſcribit & atteſtatur P. Gregorius. [b] At verò, ſolet idem Pontifex & Legatus à latere derogare eidem iuri.

b Eod. loco.

In quibus caſibus Pontifex aut Legatus à latere derogare ſoleant iuri patronatus & in quibus non.

Primò, quandò pertinet ad perſonam Eccleſiaſticam, ratione Eccleſiæ. Idque ſine derogatione & conſenſu patroni, iuxta Rebuffum in praxi, tertia parte ſignaturæ fol. 166.

Secundò, quandò ſpectat ad perſonã Eccleſiaſticam, ratione patrimonij (quod tamẽ, & ſanè iure ac meritò, nõ admittit de Graffiis)* quãdò iuſpatronatus pertinet ad clericum tanquam ad laïcũ ratione patrimonij, ex Dom. Anton. in cap. Cùm dilectus, [c] idq; pro legato.

*2. part. cap. 26. n. 24.

c n. 5. de off. leg.

Tertiò, quando attinet ratione Eccleſiæ Eccleſiaſtico & laïco ſimul, de conſenſu laïci, & non aliter, in legato. [d]

d De Graff. loco citat. n. 24.

Quartò, quandò perſona Eccleſiaſtica illud habet ab Eccleſia.

Quintò, quandò perſona Eccleſiaſtica illud habet per donationem à laico factam: at quandò iuſpatronatus eſt laicum & ex patrimonio, tunc non ſolet Papa derogare, vt eſt com-

„ munis. D D. sententia & praxis. Aut non sine expressa & specifica dit rogatione; alioqui Collatio esset subreptitia; etiamsi adesset clausula Motus proprij. Clausulæ enim generales ad derogationem Iuris-patronatus laici non sufficiunt, vt expressè probat Rebuff. loco citato.

Quo consilio iuspatronatus fuerit introductum.

Quandoquidem, pio consilio hoc „ ius introductum est, & in vicem cu- „ iusdā remunerationis, vtque Chri- „ stiani, etiam laici, hac ratione magis „ prouocarentur ad benè meren- „ dum de religionis cultu per fun- „ dationes pias; concessumque ideò „ hoc idē ius est à sacris Canonibus, „ illis, qui vel fundarunt siue constru- „ xerunt, vel dotarunt Ecclesiam aut „ beneficium, siue ipsi, siue alij à qui- „ bus causam habent, hoc est, successores, filij, aut hæredes: quamquam & per præscriptionem temporis quam dicunt immemorialem, aut interdum priuilegio Summi Pontificis, propter summam eius, quam in omnes Ecclesias, beneficia, & bona Deo dicata habet auctoritatem, ius patronatus

haud dubiè acquiratur: Vndè definitio Iurispatronatus est huiusmodi, vt sit

Quid propriè sit ius patronatum.

Ius honorificum, onerosum, vtile. Siue: *Facultas aut potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans, proueniens ex præscriptione temporis immemorialis, hoc est, cuius initij non est memoria: vel ex priuilegio Apostolico: aut ex eo, quòd is, qui præsentat, vacans beneficium fundarit, dotarit, aut ædificauerit, aut sui, aut illi à quibus causam & ius præsentandi habet.*

* Ex Panor. in rubri. de iur. patrona. Rochocurtio in principio tracta. iur. patro. Rebuffo in praxi. 3. part. signatu. fol. 165. & 166.

Alioqui & in prælaturis, quæ sine institutione per electionem conferũtur, Iuspatronatus locum sibi vendicat, non vt eligendus per patronum priùs præsentetur, sed vt electione facta, eius assensus siue comprobatio honestè requiratur: [e] nisi fortè patronus, & tractandæ electionis jus habeat. [f]

e Cap. nobis extr. de iure patron. & cap. cùm terra. Cap. Sacrosancta extr. de elect.

f D. cap. nobis versu. nisi aliter.

2. Denique, jus patronatus amittunt, eodemque priuantur ipso iure Patronæ & Patroni omnes.

Primò, quandò vendunt illud separatim; (ita enim vendi non potest, cùm sit spirituali annexum:) [g] vel cùm præ-

g Cap. de iure 16. extr. de iure patr. adde Trid. sess 25. cap. 9. vers. nec d ictum. de reform.

sumunt illud in alios contra canonicas sanctiones transferre, & subijciuntur excommunicationis & interdicti pœnis. [h]

Secundò, si iurisdictiones, bona, census, iura &c. sibi vsurparent quacumque arte; [i] & est excommunicatio Pontifici reseruata.

Tertiò, quandò per se, vel per alios interficerent, vel mutilarent Rectorem, vel clericum sui Iurispatronatus [k]

Quartò, per hæresim, aut crimen læsæ majestatis.

Quintò, patroni præsentantes indignum, [l] priuantur illa vice tantùm potestate præsentandi, & deuoluitur potestas ad ordinarium. [m] Quod sanè ,, quidam intelligendum volũt (inter ,, quos Panorm. [n]) de Patronis tam ,, laïcis quàm Ecclesiasticis : alij verò ,, (sed maximè Iacobus de Graffijs) ,, de solo Patrono Ecclesiastico: hanc- ,, que affirmat communem esse. D. D. ,, opinionem, tutiorem & æquiorem, ,, à qua tam in iudicando quàm consu- ,, lendo non esse recedendum arbitra- ,, tur. [o] Sed præcipuè numero. 22. scri-

h Trid. Sess. 25. cap. 9. verb. nec dictũ. de refor.

i Innoc. in cap. cùm nostit. de off. ord. & Cōcil. Trid. Sess. 22. cap. 11. de reforma.

k Abbas in cap. in quibusdam de pœnis.

l Syman. de Cath. instit. tit. 9. n. 95. 96.

m Cap. Perpetuò de elect. lib. 6.

n In cap. cũ vos extr. de off. ordin. n. 5.

o Decision. aurear. parte 2. cap. 26. n. 13. & 20.

„bit quod quandò poteſtas præſentã-
„di deuoluitur ad Epiſcopum (vt di-
„ctum eſt) id debet intelligi, de pote-
„ſtate inſtituendi; ſed ſi poteſtas inſti-
„tuendi pertineat ad alium, vti ad Ab-
„batem, vel capitulum, tunc ius patro-
„ni deuoluitur ad habentem inſtitu-
„tionem, atquè hoc pacto habebit li-
„beram collationem: hocque voluiſſe
„gloſſam ſingularem perpetuò mente
retinendam. p

p In Clem. vn. de ſupp. neglig. Prælat.

Lapſus in hæreſim, etſi ipſo iure perdat iuſpatronatus (cui renunciari poteſt ab habente illud, etiam in hęredum legitimorum præiudicium) rediens tamẽ ad fidem, illud recuperare volunt, iuxta cap. *Quia diligentia.* q vbi notat Io. de Anania, quod hæreticus, & Schiſmaticus rediens, recuperat iuſpatronatus & alia bona: de qua re videndum quod plenè habetur in cap. *Quamuis*;[r] at ſi hæreticus decedat in hæreſi, credo quod illud ius non recuperant eius filij aut hæredes, quantũuis Catholici, vt enim nemo dat quod non habet, ita nec relinquere ſuis poteſt, quod iure & iuſtè ante mortem perdidit.

q Extr. de elect.

r De reſcrip. in 6.

Religiosus datus ad eligendum aut præsentandum, non potest eligere aut præsentare sine licentia sui superioris, quia sine dicti superioris sui facultate, non potest consentire electioni, nec potest esse fidei-commissarius, nec eligere sepulturam, nec esse iudex, assessor, aduocatus, procurator, aut arbiter, quæ omnia probantur in cap. *Si religiosus.* [s]

[s] *De elect. & de Testam. cap. 2. de sepult. Can. nõ dicatis. 12 q. 1. cap. ex parte. de postula.*

Patroni insuper, in his quæ ad sacramentorũ administrationem spectant, nullatenus se presumant ingerere, neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum prouentibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competat, sed Episcopi ipsi id faciant, & fabricarum redditus in vsus Ecclesiæ necessarios & vtiles (pro vt sibi expedire magis visum fuerit) expendi curent, vt statuit Trident. Concil. [t] Patronus tamen fundator Ecclesiæ, præter præsentationem, illud habet amplius, quod ei honor in progressu publico debeatur; & si ad inopiam redigitur, modestè succurratur ab Ecclesia, idque naturali quadam ra-

[t] *Sess. 24. cap. 3. in fine. de refor.*

tione, qua ad remunerandum astringimur eis, à quibus beneficium accepimus; vndè vulgati versus.

Patrono debetur honos, onus, vtilitasquè;
Præsentet, præsit, defēdat, alatur egenus.

Vt vel hînc non iniuria patronus, & eius hæredes (nonobstantibus quæ paulò superiùs ex Trid. afferebamus) curam rerum Ecclesiæ siue beneficij in se recipiant, vt si sacerdotem siue beneficiarium aliquid ex collatis reb⁹ præuiderint defraudare, aut commonitionis honestæ conuentione compescant, aut Episcopo vel iudici corrigenda denuntiēt: quod si talia Episcopus ipse tentet, aut foueat, Metropolitano eius hæc insinuare procurent: si verò Metropolitanus talia gerit, Regis hæc auribus insinuare non „ differant, ex decreto Concilij To- „ letani.[v] Quod tamen eò non est „ producendum, quasi & rationem „ administrationis exigere possint à sacerdote seu beneficiario, cùm ea Episcopo sit relinquenda ex Trident. & ex Can. *Nouerint*,[x] præterquam si patronus sit Ecclesiasticus, cui id à iure permittitur.[y]

[u] *Ca. filijs.* 16. q. 7.
[x] 10. q. 1.
[y] *Cap. cū & plātare* § *in Eccles. ext de priuilegijs c. ex litteris, & ibi panor. n. 3. circa finē ext. de iure patr.*

3. Competit & ius patronatus vtrique sexui,[z] imò & infanti: Acquiritur siquidem per hæreditariam successionem, & transmittitur, [a] ita tamen, vt si ex pluribus patronis vnius defuncti, multi hæredes sint, hi omnes in præsentando vnius vocem habeant, ob personam defuncti, quem vnum omnes in succedendo & præsentando repræsentant, sic, vt quandò plures sũt in præsentando, omnes, [b] vel certè maior pars, in eundem cõuenire debeat. [c] Possunt etiam & tales compatroni inter se pacisci, vt alternis vicibus singuli præsentent. [d]

Nec verò solo hæreditario iure trãsmittitur iuspatronatus, sed etiam aliquandò titulo donationis, [e] permutationis, [f] & venditionis vniuersitatis: [g] dùm tamen donatio fit in laicum, Episcopi approbatio accedat necesse èst. Quòd si in Ecclesiam aut in locum pium seu religiosum, tùm nullo Episcopi consensu opus est. [h]

Permutatio autem ita permissa est, si fiat cum alia re spirituali, putà cum

z Cap. fin. extr. de concess prab. & cap ex literis 7. extr. de iurepat. de quo vide latiùs Roch. curt. in repet. tit. de iure patron. verb. competens alicui.

a Cap. 2. de iurepatro. in clement.

b d. cap. 2. in clemen.

c Cap. 3 extr. de iurepatr. vide ibidem gloss. & Pan.

d Cap. 2. versu: & vt facilius, de iure patr. in Clement.

e Cap. ex insinuatione extr. de iure patro. cap. vnico eod. tit. n. 6.

f Gloss. ad c. cum saculũ 13. extr. de iurepatr. Innoc. ad rubricam eiusd. tit.

g D. cap. cum saculum.

h Cap. vnico de iurepatr. lib 6. cap. nullus & quæ ibi notant gloss. & D. D. ext. d. titulo.

alio iure patronatus & non aliàs.[i] Vẽditionis vniuersitatis nomine veniunt etiam hæreditas, bonorum possessio,[k] ciuitas, pagus, castrum, prædium,[l] in quibus Ecclesia patronata continetur; quæ si in alium transferantur, & iuspatronatus illis inhærens vnà transfertur.[m]

Porrò non tantum vnus, sed & plures simul Clerici à patrono, non quouis, sed laïco tantum præsentari possunt, vt vult Rochus:[n] imò & successiuè plures, priori posteriorem accumulando,[o] licet priori sine causa reiecto, regressus detur aduersus institutorem.[p] At verò patronus Ecclesiasticus vni à se præsentato adhærere cogitur.[q] Ex quo, quandò persona Ecclesiastica præsentationem habet, qui prior est tempore, (hoc est primus per eam præsentatus) iure potior esse videtur: cùm igitur Abbatissa persona sit Ecclesiastica, vni à se præsentato adhærere etiam adstringi videtur. Cuius tamen rei contrarium ego crediderim (salua aliorum sententia) quia nimirum Cœnobiarcha siue Ab-

i Per. text. in cap. ad quæstiones, extr. de rerum permut.

k L. item veniunt 22. §. ait senatus cùm antequam ff. de petit. hæred. l. 1. ff. quorũ bonorum.

l L. cùm fundus 10. in fine ff de leg. 2. adde. l. si mercedem 55. § 1. de action. empt.

m Arg. d. l. cùm fundus l. in modicis 24. in fine ff. de contrah. empt.

n in repet. rubr. de iure patro. in verb. honorificum n. 28 & 34.

o Cap. cùm antè & cap. quòd autem extr. de iure patro.

p Cap. pastoralis extr. eod. tit.

q d. cap. cum autem.

batissa in eo cum laico conueniat, quòd non possit, neque consectariè teneatur propriè scire ob defectum scientiæ & probare sintne per eam præsentati idonei? vt iam alibi dictum est. Cùm igitur ideò concedatur laicis vt si fortè non idoneum & minus capacem præsentarint illo reiecto, secundum denuò offerre possint accumulando vnum post alium, vt loquitur Rebuffus in praxi beneficiaria, non autem patronis clericis literatis: pari ratione idem priuilegium concedendum meritò mihi videtur Abbatissis illiteratis. Patronus inquam, laicus potest multos vna, vel altera vice præsentare cumulando, sed non tertia, yel vlteriori; quod defenditur pro communiori contra Decium, à Nauar. in Can. Placuit. de Pœniten. distin. 6. 168.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SVMMÆ.

1. *Portiones siue præbendæ quæ in quibusdam Monialium Monasterijs dantur certis Presbyteris vt ibi diuina celebrent officia, non debent vocari beneficia.*

2. *Quid sit mansus?*

3. *Liberæ fidelium donationes & oblationes, in titulum non possunt assignari.*

4. *Præter auctoritatem Papæ, Legati à latere, aut Episcopi, non possunt erigi altaria, oratoria capellæ &c.*

1. FErmè iam vbiquè mos & cõsuetudo inualuit, sed præsertim in monasterijs Monialium S. Benedicti & pluribꝰ aliis; vt sint duo, tres aut plures Presbyteri sæculares, maximè in quibus nulli adsunt regulares eiusdẽ ordinis, obligati solũ per Hebdomadas aut septimanas alternatiuas ad celebrandam missam Conuentua-

lem & primæ(vt vocant) vel alias similes,& ad decantãdam certis diebus partẽ diuini officij in matutinis,missa, & vesperis cum Monialibus , non tamen in eodem , sed in separato ab earundem choro,ob idque annuatim & per certa anni interstitia , illis datur à mensa & massa Conuentus aut Abbatiali certa quota vini,ligni,salis,argenti,leguminum: singulis item septimanis certus panum numerus , & alia id genus advictum necessaria;aliquandò verò annuatim aliquot frumenti modij,ad prorata scilicet ministerij Monasterio præstiti & non aliàs.

Tales profectò portiones & præbẽdę,propriè beneficia non sunt,de iure & de sua natura: ideoque cõferri, resignari , aut permutari non possunt: Presbyterisque huiusmodi portionarij sunt ad nutum Abbatissarũ amouibiles , atquè in Monasterijs dictarum portionum quas habent , ad residentiam personalẽ ita tenentur, vt sinè licentia expressa Abbatissæ alibi celebrare non possint. Esset enim illud alioqui Abbatissis , Monialibus , & familijs nimis dispendiosum & graue,

sæpeque

sæpeque missis & obsequio quod illis impenderet tenentur dicti presbyteri, fraudarentur; quādo-quidem missa conuentualis sola, singulis diebus toti Monasterio, & omnibus in eo commorantibus, desiderantibusque quotidiè aut sæpius adesse sacro, vel etiam interdum sacram sinaxim facere, vix potest satisfacere. Vndè, quia ab Abbatia habeant omnia ad victum vestitumque annuatim, & pro vnoquoque die necessaria, proculdubiò tenentur Ministerium annuatim & singulis diebus (legitimis exceptis impedimentis) exhibere, ad quod assumpti sunt.

„ Quemadmodum enim qui sentit „ onus, sentire debet & commodū; ita „ è conuerso, qui sentit commodum, „ sentire debet & onus.

Non esse beneficia portiones huiusmodi ex eo probatur, quia nō dentur in titulum, sed pro eo tempore quo Capellani dictis Monasterijs seruierint: quia nullum fundum aut mansum (vt dicunt) assignatum specialiter pro dote habeant, quæ sunt ad beneficium propriè dictum necessaria; quod quidem beneficium debet esse perpe-

tuum, & habere fundum & dotem certam ex communi. DD. sententia.

2. Mansus (vt vult Petrus Binsfeldius) [a] aliter apud Gallos manerium dicitur, ex Hostiensi. [b] Manerium ait, idem significat quod mansus, de quo textus est & glossa in capite primo de censibus: eademque glossa & Petrus Gregorius [c] dicunt fundum Italico sermone mansum dici; manerium igitur siue mansus, aliam atque aliam habet significationẽ. Vsurpatur enim aliquandò pro quantitate terræ sufficiente duobus bobus in anno ad laborandum, siue pro vno terræ iugero.

Alibi mansus appellatur, vnde percipitur frumentum & vinum ad Eucharistiam conficiendam. [e]

Vel mansus dicitur dos ipsius Ecclesiæ, quæ talis esse debet, vt Ecclesia possit inde sustentari. [f]

Quandòquidem mansus secũdum vulgare (vt testatur Binsfeldius) dicitur, vnde vnus rusticus cum sua familia possit sustentari. [g]

Cui subscribere satis videtur Iacobus Cuiacius dum ait: mansum di-

a In cap. 15. de Simo. Quarelam Monachorũ.
b in dict. cap. querelã
c Institu. rei benefi. cap. 15. n. 4.
d Gloss. in d. cap. 1. de Cẽsibus. Alberic. in dictionario. verb. manso vno. Bartol. in l si ita esset propè finem de auro & argen. legato. Petrus Grego. loco citato ex. d. gloss. cap. 1. de censi.
e Glos. super Can. 2. 23. q. 8: super verb. manso. cap. Sancitum est, de cen.
f De consecr. dist. 1. cap. nemo.
g Loco citato.

ci ſiue fundũ vnde quis ſe & familiam tueri commodè & domino vectigal ſiue cenſum referre poteſt.

Habet ergo manſus duas potiſſimas ſignificationes, vnã videlicet generalem; alterã particularem ſiue ſpecialem. Generaliter enim loquendo, omne prædium immobile cuiuſcumque ſit quantitatis, Eccleſiæ ædificandæ proprium additum, manſus optime dicitur, proprium additum, id eſt, in dotem conceſſum, aut alio iure ad Eccleſiam ſpectans.[h]

Specialiter autem, manſus dicitur fundus, vel ea terræ quantitas ſufficiẽs duobus bobus in anno ad laborãdum: ſiue id, quod die exacto ſubſtitit ab opere aratrum, & in eo iugero remanſum ſit, vt notat dict⁹ Gregorius,[i] hoc eſt, quantum vno die poſsint arare boues. Vnde aliquando reperi in vetuſtiſsimo Põtificio diplomate, ab Vrbano Papa ſecundo, ante quingẽtos annos nobili & antiquiſsimo Cœnobio Iuuiniano in Lotharingia conceſso, in quo erant incerta & deſcripta iura omnia, quæ paſsim dicta Abbatia per

[h] *Petrus Grego. & Binsfel. locis citatis.*

[i] *Loco etiã cita. Aluarotus vt refert Azor. 2. part. lib. 6. cap. 1 fol. 655. col. 1. Litera D. quo loco apud eundẽ alia quadã de manſo videas.*

Quid ſit manſus.

diuersa loca habebat & possidebat, reperi, inquam, has loquendi formas: In tali pago mansus vnus; in N. mansus cum dimidio. In N. mansi duo.

3. Sed enim concedimus cum P. Gregorio [k] oblationes, & vota à fidelibus largita, in dotem vel partem dotis Ecclesiæ, vel altaris erecti in titulum, dari posse: quæ nihilominus cōmuniter, non ad dictos portionarios sacerdotes, sed vel ad Monasteriorum Cœnobiarchas, aut Thesaurarias pertinent, vt ex praxi constat.

k *Instit. beneficia cap.* 15. *n.* 4. *sub finem.*

l. *Tracta. de Congr. pens. cap.* 10. *&* 11.

In solis oblationibus & fidelium votis aut donis, non potest beneficii dos, aut portio congrua constitui.

Obseruandum tamen ex Rebuffo, [l] in solis oblationibus & fidelium votis aut donis siuè largitionibus, non posse Ecclesiæ, aut beneficio dotem constitui, aut congruam portionem pēsionemque Vicario perpetuo; quia incertū sit, futuræ ne sint oblationes. Idipsum dicit de distributionibus quotidianis, quæ non solent dari nisi assistentibus officio diuino, & fieri possit, vt quis adesse non valeat, ideoquè illæ non constituuntur pro congrua pensione, vt voluit Rota. [m]

m *Decisi.* 134. *in nouis incipit Quandò & decisio.* 706. *in antiquis.*

Computantur autem in congruam pensionem ea, quæ quis habere po-

teſt ratione tituli ſui beneficij, nõ quæ aliunde conſequi poteſt, licet accedant beneficio iam conſtituto: ſicque Anchara,[n] tradit quotidianas diſtributiones non eſſe computandas in valore exprimendo beneficij, ſed fructus tantùm, qui percipi ſolent de corpore ſiue dote beneficij, & illi groſſi fructus qui veniunt inportatis, quemadmodum in proprijs terminis loquitur regula Cancellariæ. 60.

n *Ad Clem. de decimis:*

o *Cõſil. 118: incipit. ex virtute.*

Diſtributiones namque quotidianæ non percipiuntur de fundo, dote, aut corpore beneficij, ſed ratione perſonalis officij ſiue ſeruitij, vt cenſuere Oldradus,[o] Bellamera,[p] Rota,[q] Rebuff.[r] Vide & P. Gregorium loco citato, numero. 5. & 6. vbi ſub nomine dotis ſufficientis pro beneficio ſeu vicariatu perpetuo, ſcribit, concludenda eſſe iura, quæ debentur ex laudanda conſuetudine ratione benedictionis nubentium, & ſepulturæ mortuorum, quę licitè exiguntur ſine pacto, iuxta tamen locorum conſuetudinem aut reductionem in taxam, ab Epiſcopo aut legitimis ſuperioribus determinatã: quartã item mortua-

p *Cõſil. 34. incipit Suppoſito in 4. dubio.*

q *Deciſ. 134. in nouis.*

r. *Tract. nominat. q. 9. n. 39.*

riorũ, quæ debetur ab alijs Ecclesijs, parochiali, iuxta Clement. *Dudum*.[f] Cùm igitur distributiones nõ percipiantur de corpore beneficij, sed ratione personalis obsequij, atque ideò beneficia non sint, aut beneficij veri dotem efficere non possint; portiones sanè de quibus agimus, beneficia esse nõ poterunt; quippè, cùm nullum jus ad corpus Abbatiarum, fundum, aut dotem, ex quibus desumuntur, habeãt Sacerdotes portionarij; sed eis per Abbatissas aut Monasterij officiales tradantur per modum distributionum, pro personali, quod præstare debent, aut præstant officio & seruitio, deductis eorundem absentijs à Monasterio.

f *De Sepulturis*.

4. Et cùm huiusmodi portiones seu præbendæ nulla sæpius fũdationis instrumenta habeant; aut si habent, illa sint Abbatissarum tantùm, sine confirmatione vel auctoritate Episcopi in non exemptis, aut Papæ vel Legati à latere in exemptis; inde etiam probantur non esse beneficia. Syluanus[t] enim affirmat, quòd capellaniæ seu altaria vbi missæ celebrantur, tunc di-

t *Parte* 1. *q.* 1. *n.* 8. & *q.* 3. *num.* 10.

cuntur beneficia (& non aliter) quando sunt auctoritate Episcopi fundata: [u] vel in exemptis Monasterijs auctoritate Papæ, vel Legati à latere, [x] vt diximus. Aliàs non dicuntur beneficia tales Capellæ, Capellaniæ siuè altaria; imò à fundatore, hæredibus aut eius successoribus, in eis Capellani poni possunt sine ordinarij institutione, sed non absque eius approbatione, vt dictum est alibi.

u Cap. nemo de Cons. Eccles. dist. 1. & gloss. in clem. 2. de dicimis.

x Cap. cùm dilectus de iurepatro.

Prædictis addimus, quòd non cadunt ista altaria, capellæ seu præbēdæ, sub spolio durante vacatione, & confirmari potest ex Gomez. [y] dicente: quod altaria pro quibus officiandis dantur stipendia annua, non sunt beneficia, nisi dentur in titulum; at non possunt dari in titulum nisi priùs fuerint fundata auctoritate Episcopi, aut Papæ, seu eius à latere Legati.

y In q. 20. de Ann. poss.

„ Ea igitur omnia altaria, capellæ,
„ portiones, præbendæ fundatæ sine
„ huiusmodi auctoritate sunt amoui-
„ biles; non sunt beneficia perpetua:
„ non possunt, nec debent dari in ti-
„ tulum.

„ Capellani (ait Zerola) [z] quibus in

z In praxi part. 2. verb. Capellania.

certis Ecclesijs capellaniæ non dan-
„tur, sed certum stipendium in anno
„pro suo labore in pecunia siuè in ali-
„quo alio possunt testari, & conse-
„quenter non faciunt spolia; hoc est,
„non sunt beneficia, & consectariè sũt
„amouibiles, prout ex superioribus a-
„bundè probatur. Pro mercede autẽ
„Capellani, quinquaginta aureos suf-
„ficere sacra cõgregatio Conc. Trid.
declarauit [a] vt eodem loco [b] obseruat
idem Zerola. Capellani inquam, be-
neficij aut portionis simplicis. Pro
mercede enim deseruientis in benefi-
cio curato obseruandum decretum
Concil. Triden. in Gallia autem hu-
iusmodi pensio in curatis sacerdotijs
est tantùm quadraginta aureorum ex
placitis suprem. Senat. pro simplicibus
verò arbitraria.

a *Declar.* 206.
b *Verbo Capellanus.*
c § *præcepim'* *de stat. Monach.*

Et quidem in cap. *Ea quæ* [c] prohibẽ-
tur expressè Clerici sæculares ad præ-
bendas recipi in Monasterijs regula-
rium, & licet (vt vult Hostien. à Ioan.
Andr. receptus) [d] possint habere alia
beneficia in illis ad coadiuuandum
eos, modò non faciant vnum corpus
cum Monachis, nec habeant vocem

d *In d.* §. *præcepimus.*

„ in capitulo ; Panormitanus tamen ibidem, & Conſilio 59. ſecundæ partis, tenet, quod dicti
„ Clerici ſæculares non poſſunt habere beneficia ſiuè titulos beneficiarios in eis; quanquam fateatur,
„ [e] poſſe habere ſtipendia, pro ſeruitio coadiutorio, in diuinis officijs,
„ eis impendendo; quod confirmat
„ Nauarrus. [f]

e D. §. n. 10.

f Comment. 4. de regul. cap. penult. quæſito 18. n 67. col. 2. pag 181. & comment 3. de regula. in cap. nullã 16. q. 2. n. 37.

Proinde, ſi Clerici ſæculares in Monaſterijs regularium, etiam virorum, titulos habere beneficiarios non poſſint, multo minus in monialiũ domibus: poſſunt ſiquidem illis aliquando eſſe occaſiones ſcandali, aut deprauari moribus: nullo igitur modo expedit eos in huiuſmodi monialium Monaſterijs beneficiari aut intitulari, vt hac ratione, ſi idonei non fuerint, aut improbi, aut meritò de improbitate ſuſpecti, faciliùs & nullo negotio expelli poſſint.

Itaquè ſi dictæ portiones ſeu præbendæ, vel altaria, nec ſint nec debeant beneficia nuncupari de iure cõmuni (verè beneficia fieri quidem poſſunt ex legitima temporis præſcri.

ptione,& in titulum dari perpetuaque fieri, vt potè si à Papa, aut Legato à latere in exemptis Monasterijs conferātur ad vitam, aut ab Episcopis in non exemptis, consentientibus Abbatissis & Conuentibus) in Abbatijs exemptis præsertim; si sacerdotes in illis ab Abbatissis & Conuentibus positi, cōtradicentibus illis, aut furtiuè & clanculū illis inscijs (vt fit aliquādo & factū fuisse nouimus in quadam Abbatia exēpta in partibus Lotharingiæ) ad Diæcesanum recurrant, institutionēque ad vitam ab eo accipiant, malè recipiunt, sed pejùs dicti Diæcesani instituentes & primos fructus à prouisione per se taliter facta ab eis percipientes. Illud enim scienter aut ignoranter factum, mittere est falcē in messem alienā, alienumq; ius vsurpare contra dispositionē citati capitis *Eaquæ* & alia iura: & cùm tales clanculæ institutiones obtentæ, non publicentur in dictis Monasteriis à quibus dictæ præbendæ dantur, nullius sunt momenti aut roboris ex constitutione Gregor. XIII. *De publicandis resignationibus & prouisionibus beneficiorum.*

In qua ſtatuitur, quòd in omnibus reſignationibus, permutationibus, gratijs expectatiuis beneficiorum eccleſiaſticorum, etiam commendarum & iurium, debent fieri publicationes in Eccleſia Cathedrali & Parochiali, intra cuius ambitum tenetur beneficium reſignatum &c. infra ſex menſes ſi coram Papa facta eſt reſignatio; ſi coram ordinario, infra tres, à die conceſſionis gratiæ computandos, ſub pœna amiſſionis illius beneficij, & inhabilitatis ad illud habendum.

Cum itaque quod ab initio nullum fuit, tractu temporis non conualeſcat; De regul. iur. lib. 6. fraudes huiuſmodi legitimam præſcriptionem inducere nequaquam poſſunt, aut bona fide excuſari; naturam huiuſmodi portionum immutare, aut iuri Abbatiſſarum & Conuẽtuum derogare (*Non enim præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*) 7 Vndè meritò in facto ſimili non pridem 7 De reg. iuris, regula. 52. Bartho. Bodegenus Delphus. I.V. licenciatus, Officialis Treuirenſis, cum ſacræ Theologiæ & iuris Doctore Dom. Britono, cenſuit tales por-

tiones & altaria, non esse beneficia; nullos debere persoluere fructus primi anni; nullumque ius institutionis in illis habere Reuerendiss. Archiepiscopum Treuiren. sacerdotes in illis positos ab Abbatissa, ad eius nutum posse remoueri, quamdiuque portiones administrant, auctoritati & correctioni Abbatissæ esse subiectos.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SVMMÆ.

1. *An Abbatissa possit suspendere clericos sibi subiectos?*
2. *Portionarij intra septa Conuentus commorantes, gaudent eodem exemptionis priuilegio, quo Moniales; secus autem si curam animarum habeant, nam quoad hoc non erunt exempti.*
3. *Exempti in exemptis locis possunt erigere altaria, oratoria, & huiusmodi de sua auctoritate: at in non exemptis illud prohibetur absque Papæ, à latere Legati, aut ordinarij licentia: nec item Ecclesiarum sibi subiectarum vniones facere possunt.*

1. QVæri autem (post prædicta) meritò posset, Num Abbatissæ Clericos dictos, aliosvè suæ iurisdictioni subiectos, ob eorum inobedientias & culpas, officio, beneficio, si quod habeant, aut portionibus dictis suspendere possint? Innocentius, a arbitratur eas ius habere illos suspendendi ab officio & beneficio simul; eo quòd Abbatissa de Bubrigen. ad Papam contra Canonicas & clericos suos (quos officio & beneficio suspendebat) prouocans, Pontifex præcipiat, vt illi præfatæ Abbatissæ obedientiam & reuerẽtiam debitam impendentes, eius salubria monita & mandata obseruent. At si suspensio propriè sumatur, pro-vt est vera quædam censura Ecclesiastica à claui ordinis proueniens, cuius incapax est Abbatissa, ad eam nullomodò spectare potest.

a In cap. Dilecta tit. de maior. & obedientia.

Si autem impropriè & laxato vocabulo vsurpetur, & pro iure simplicis prohibitionis celebrandi, officiandi, aut percipiendi fructus, vel emolumenta beneficiorum aut dictarum potionum ad certum satisfactionis tempus, tùm sanè ad Abbatissas perti-

net. Idque adeo, vt cogi possint ad talem suspensionem subeundam & obseruandam: eamq; non obseruantes (licet irregulares non fiant celebrando) peccent grauiter.

„ Quod si id fiat in re graui cum „contemptu, rebellione, aut obstina- „tione, nemo est qui à læthali culpa „audeat tales inobedientes excu- „sare. Quæ enim à Deo sunt, ordina- „ta sunt, & qui resistit potestati, Dei „ordinationi resistit: * talis autem iurisdictio est Abbatissis à Deo & Ecclesia concessa, vt ex D. cap. *Dilecta*, satis est manifestum; item ex eo, quod scribunt Syluester,[b] Henriquez,[c] Azor,[d] & glossa capitis allegati.[e] *Si certum est (ait illa) quòd sint salubria, vel etiam si sit dubium*: Hancque communem & omnium opinionem esse affirmat post omnes alios Gregorius Sayrus Monachus Cassinensis.[f] Cui etiam expressè denuò subscribit alio in loco iam à nobis citatus Henriquez.*

„ Abbatissa verò (infit) in Monia- „ les subditas ex commissione Papæ, „ aut Prælati, habet aliquem vsum

* *Ad Rom. cap.* 13.
b *Verb. suspensio.*
c *Lib.* 13. *de excomm. & suspen. cap.* 35. §. 1.
d *Lib.* 13. *cap* 10. *q.* 6.
e *Dilecta ad verbum salubria mandata.*
f *Thesauri casuũ Consc. lib.* 4. *cap.* 11 *n.* 9.
* *Lib.* 6. *seu de pœniten. sacra lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. & 4. *in text.*

,,clauium, vt eas dignè gubernet, cor-
,,rigat, puniat, & vota quędam Monia-
,,lium irritet, dispensetque cum illis in
,,ieiuniis, & quibusdam legibus Eccle-
,,siasticis dùm causa vrget : & hæc ha-
,,bet, vt clericos sibi subditos possit ali-
,,quo modo suspendere ab officio, &
,,priuare beneficio, obligatque suo
,,præcepto pro grauitate materiæ.

2. Si qui verò, ridiculum aut absurdũ iudicent, clericos & sacerdotes subiectos fieri Abbatissis per easdemq; posse corrigi, cõsiderẽt velim, illud nouum non esse, nequidẽ in nostra Frãcia. Etenim tritũ & vulgare est quod ab omni tẽpore Abbatissa Fõtis Ebrardi, aliæ item permultæ, habent certos religiosos sui ordinis, qui sic earundem correctioni & auctoritati subijciũtur, vt etiam diebus capitularibus, in quodam loco ad culpam dicendam coram dictis Abbatissis, & ad pœnam sibi impositam subeundam, nunc etiam temporis obligentur. Deniquè prædicti portionarij intra septa Monasteriorum exemptorum communia cõmorantes, priuilegio exẽptionis gaudent. *Exempta enim Ecclesia aut Mona-*

sterio, etiam Monachi, Canonici, Clerici, & perpetuò conuersi intelliguntur exempti, vt scribit D. Antonin. [h] *non autem Presbyter, qui Parochianorum curam habet, quo-ad ea, quæ ad ipsam curam pertinent, nec ipsi Parochiani.*

h *Parte 3. summa. tit. 16. cap. 9. in princip.*

3. Idem auctor loco citato obseruat, exemptos non posse construere oratoria vel capellas in locis non exemptis, sine licentia Diæcesanorum Episcoporum, nec etiam in sic constructis, tempore interdicti in casibus non expressis celebrare, vel celebrari facere; aliàs per ordinarios compescãtur, requiritur ergo (ait) licentia seu auctoritas Papæ, vel etiam Legati à latere ad hoc, vt exempti sine licentia Diæcesanorum valeant cõstruere oratoria in locis non exẽptis, vel in constructis facere celebrari.

„ Ex quibus colligi potest, exemptos „ in locis exemptis, sine alicuius licen- „ tia construere posse oratoria, vel „ Capellas.

Nõ possunt autẽ exẽpti, beneficiorũ sibi subiectorum vniones facere, licet dicta beneficia vel Ecclesias habeant pleno iure subiectas. Cùm enim ius illud

illud Epiſcopis tantùm, eorumque ſuperioribus, non autem inferioribus conueniat; non poſſunt profectò Abbates, Priores, Præpoſiti, Commendatarij, Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, vlla beneficia vnire, vt docet Epiſcopus Minorenſis.[i]

Pro huiuſmodi itaque vnionibus dicti exempti (ſi ad Epiſcopum nolint) ad Papam aut eius à latere Legatũ recurrere tenentur: idem tamen affirmatiuè reſoluit, eoſdem inferiores Prælatos, Abbates &c. poſſe ius vniones faciendi præſcribere, ex gloſſa in Clementinam *Ne in agro.*[k] & ex Rebuffo.

Qui tamen eodem loco obſeruat[l] vnionem beneficiorum exemptorum ad Sum. Pontif. pertinere, vel, vt dictum eſt, ad Legatum à latere, qui etiam vnire poteſt, non tamen Epiſcopatus; nec alia beneficia in Epiſcopi præiudicium, eximendo videlicet à iuriſdictione & ſubiectione Epiſcopi; nec beneficia Iuris-patronatus ſine patroni conſenſu.

i *parte. 2. prax. Epiſcop. verbo Vnio* §. 15.

k §. *adhæc, in verſiculo ordinarios de ſtat. monach*

l *Titul. de vnionibus aut deuolution. n. 33. in prax beneficiaria.*

CAPVT DECIMVM NONVM.

SVMMÆ.

1. *Declaratur quinam sint Abbatum & Monachorum Confessores, & generaliter, quinam de iure, Confessarios sibi eligere possint.*

2. *Quomodò exaudiendum sit priuilegium omnibus, concessum prælatis, de Confessario eligendo?*

3. *Quis de iure canonico, prælatus sit appellandus?*

4. *In ordine Minimorum Correctores locales sibi Confessarios eligere possunt.*

5. *Generalium, Prouincialium, Guardianorum, & Correctorum localium, quo-ad confessiones, in suos subditos tanta est potestas, quanta est Episcoporum.*

6. *Quibus in casibus Prælati Regulares tàm supremi, quàm sub alterni possint suos absoluere & cum eis dispensare?*

LIcet autem prędicti ſacerdotes in Monaſterijs præſertim Monialium præbendati, ratione ſuæ portionis ſeu præbendæ; ad cantandum interdum in ſuo choro, & ad miſſas ordinarias Monaſteriorum celebrandas, & ad Moniales communicandas teneantur, non tamen ad earundem confeſſiones audiendas obligantur, neque verò id poſſunt; eſſent enim alioqui dictarum Monialium proprij ſacerdotes, quod abſurdum eſt, ac ideò non dicendum. Nobis ergo neceſſum eſt iam explicare

1. Quinam ſint Abbatum Monachorumque proprij & legitimi cõfeſſores, itemque Abbatiſſarum & Monialium; quod pręſtabimus poſtea quã docuerimus, qui-nam generaliter aut ſpecialiter, cõfeſſores ſibi eligere poſſint: non enim omnes nonobſtãte capite [a] *Omnis vtriuſque ſexus*, proprijs, certiſque confeſſoribus confiteri ſemper tenentur, sed illis etiam alijs (legitimis tamen & idoneis) quos ſibi eligere voluerint.

a *De pœnit. & remiſſ.*

Inter eos numerantur primò Epiſcopi: iure etenim communi, Epiſco-

pus etiam si renunciauerit Episcopatui, potest [b] sibi eligere Confessarium etiam non approbatum, vt infra ostẽdemus.

b Cã. Ne pro dilatione de pœnit. & remiss. Nauar in Can. placuit. de pœni, dist. 6. n. 29. 38. & alijs.

Cardinales item fortè de iure, quia sint hodie Episcopis superiores; vel sanè ex priuilegio & consuetudine (quamuis nec Episcopi sint, nec sacerdotes) pro se suísque familiis eodem quoque fruuntur beneficio: & quidem Cardinales & Episcopi pro suis personis idoneos etiam non approbatos, pro sæcularibus verò suarum familiarum Clericis & laïcis, idoneos & approbatos, vt constat ex sacro Concilio Trid. [c]

c Sess. 23. cap 15. & refor,

Imperator insuper, Regesque & domus Regiæ, ac mea sententia Duces illi supremi, qui nullum superiorem recognoscunt, regiamque ordinariam habent ex priuilegijs, quæ solent habere amplissima, possunt alteri quàm proprio Episcopo, aut parocho sui domicilij, confiteri.

Tota etiam familia seu familiares Papæ, dùm habitant in eius curia, possunt eligere Confessarium, ijque omnes, non tantùm semel, sed toties quo-

ties egent. Obseruat tamen Ledesma, famulos Cardinalium & Episcoporũ, tùm subijci proprio Parocho, quando nullum aut nullos suis familiaribus & commensalibus designauerint qui eorum confessiones excipiant.

Eligunt & Confessarios regulares aut sæculares omnes Prælati, [d] vt Decanus, Archidiaconus Ecclesię Cathedralis, Vicarius Generalis Episcopi, nec non & Prælatus religionis exemptæ; nisi fortè inciderit in casus reseruatos supremo Prælato.

d *Cap. ne pro dilatione. de pœniten. & remiss.*

2. Quod sanè intelligendum venit non solùm de Prælato exempto & immediato Papę, sed etiam de Priore, Guardiano, Correctore aut Rectore locali seu Conuentuali, capitulariter electo in religione exempta: quia caput finale *De pœnitent. & remissionibus* ita expressè habeat. *Ne pro dilatione pœnitentiæ, periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & aliis superioribus,* nec non minoribus Pręlatis *exemptis, vt etiam præter sui superioris licentiam* prouidum & discretum *sibi possint eligere Confessorem.* Hactenus Gregor. Papa nonus. Licet enim iure

speciali quorundam ordinũ (vt Minimorum) pro Prælatis tantũ habeantur Generales, Vice-generales, Prouinciales, eorũque Vicarij, nõ autem alij superiores prædictis inferiores, vt sunt locales correctores; cùm tamen præficiantur Ecclesijs & collegijs seu Conuentibus per Canonicas electiones, de iure communi (vt ex[e]citato capite planum est) inter Prælatos sunt connumerandi.

„ 3. Prælatus etenim dicitur in iure, „ & habere iurisdictionẽ in foro con„ tentioso super eos, qui sunt de suo „ Collegio, & non solum dignitatem, „ sed etiam prælaturam, qui Ecclesiæ „ Collegiatæ sæculari aut regulari præficitur. Vide glossam c. 28. *De electione*, quod incipit *Nullus religiosus*. Estque hodie communis DD. opinio, Priores, Guardianos, Correctores, & Rectores, Prælatos esse & dici, vt attestatur dicta glossa,[f] Henriquez,[g] Sa,[h] de Graffijs,[i] & Sotus dicens, id in religionibus confirmatum esse. Ac quidẽ, etsi ex iure institutionũ Minimorum, expresse Correctores locales seu Conuentuales Prælati non dican-

[e] *Vide Nauar. Cõsil. 3. de filiis Presbyt. n. 5. & lib. 1. tit. de maior. & obedientia. Consil. 4. n. 3. Panor. in cap. cùm ab Ecclesiarum Prælatis. de offici. ordin. Zerolæ part. 1 praxis Episcopalis verbo Prælatus.*

Qui de iure dicatur Prælatus & in dignitate.

[f] *In verb. Prælaturã.*

[g] *Lib. 6 cap. 13. § 3 & lib. 7. de Indulg. cap. 8.*

[h] *verb. Prælatus.*

[i] *Decis. aurear. pars. 2. cap. 1. n. 2. lib. 3.*

tur, permittitur tamen illis ſibi eligere confeſſarium, vt & alijs Prælatis per hæc verba articuli. 94. Correctorij.

4. *Præterea, huius ordinis Minimorum Corrector Generalis, ac Vigiles & eorum Viceſgerentes, poterunt vnum ex fratribus eiuſdē ordinis Presbyterū idoneum, in ſuum Confeſſorem (quoties opus fuerit) eligere, qui ſic per eos electus, ab omnibus eiſdem reſernatis caſibus poſſit abſoluere, ſi eos in talibus aliquandò labi cōtingeret. Qui etiā (quoties expedierit) valeat cum ipſis diſpenſare, illoſque rehabilitare in his, in quibus & ipſimet Prælati ſuperiores dipenſare ac rehabilitare poſſent; ſimiliter & Prouinciales, & eorum Viceſgerentes,* & Locales Correctores *ſuper ſibi conceſſis caſibus, ſuo modo facere valeant.* Super ſibi conceſſis caſibus, id eſt à tranſgreſſione votorū & omnium aliorum caſuum, quorum abſolutio actiua aut paſſiua illis conceſſa eſt.

5. In hac ſanè materia, poteſtas ſeu facultas tàm actiua quàm paſſiua, Generalium, Prouincialium, eorumq; Viceſgerentium, Priorum, Guardianorum & Correctorum localium in ſuos ſubditos tanta eſt quanta & Epi-

„scoporum. Quod probatur expressè
„ex constitutione quadam Pij Papæ
„V. facta die 21. Iulij 1571. Pontifica-
„tus sui Anno 6. quæ incipit *Romani*
„*Pontificis circunspecta benignitas*.

Et insuper, ait, quia sacrum & œcu-
„menicum generale Concilium Tri-
„dentinum concessit Episcopis, vt
„absoluere possint in foro animæ seu
conscientiæ ab omnibus peccatis, &
dispensare in irregularitatibus pro vt
habetur Sess. 24. cap. 6. *Ne Prior Con.
uentualis* & superiores Prælati dicti to-
tius ordinis (hoc est Prædicatorum)
tàm in dicta Prouincia (Hispaniæ vi.
delicet) quàm extra eam *vbilibet*, in
hac parte deterioris conditionis quã
clerici aut sæculares existant; eisdem
Priori Conuentuali & superioribus
Prælatis, vt ipsi per seipsos, idem om.
nino possint in fratres & Moniales di-
cti ordinis sibi subiectos, quod pos-
sunt Episcopi in clericos & laïcos sibi
subiectos, tàm quo ad absoluendi &
dispensandi huiusmodi, quàm alias
quascunq; eisdem tenore & auctori-
tate, etiam perpetuo concedimus, &
indulgemus, ac etiam declaramus. At-

verò per communicationem, gaudent participantq́; Minimi omnibus priuilegijs quorumcunque aliorum ordinum, tam Mendicantium, quàm omnium aliorum, vt planum eſt ex confirmationibus ſuorum priuilegiorũ, præſertim Gregorij XIII. XIV. & Clementis VIII.

6 Adde, quod antè Pium V. Iulius II. cõceſſit Generalib⁹, Vigilib⁹, Prouincialibus & expreſſè *Correctoribus localibus & eorum Vicariis* ordinis Minimorum, vt poſſent fratres ſibi ſubditos, *imò & alios etiam eiuſdem ordinis, ad eos interdum declinantes vndecunque*, abſoluere, & diſpenſare; ſiue priuſquam ordinem intrauerint, ſiue poſtea exceſſerint, in caſibus pro quibus excommunicationis, interdicti, aut ſuſpenſionis incurrerint ſententias, à iure, vel à iudice generaliter promulgatas; & huiuſmodi ſententijs innodatis, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico interdicto diuina officia celebrantibus, vel ſuſcipientibus ordines, qui ſic ligati, notam irregularitatis incurrerint, diſpenſationis beneficium impertiri; niſi adeò grauis & enormis

fuerit excessus, quod sint ad sedem Apostolicam meritò destinandi.

Et vt fratres, quos pro tempore Generales, Vigiles, Prouinciales *& Correctores locales* in proprios habuerint Cõfessores, absolutionis & dispensationis beneficium illis cùm expedierit (vt dictum est) valeant impendere.

Idem Iulius II. renouãs confirmãsque aliud (simile tamen prædicto) priuilegiũ Gregorij vndecimi prædecessoris sui, quo concesserat Generalibus, Vigilibus, Prouincialibus, nec non Prioribus, Guardianis & Correctoribus localibus, & eorum Vicarijs, facultatem absoluendi fratres ordinis eiusdem; ac etiam fratribus dicti ordinis quos ipsi superiores habuerint pro tempore in confessores, absoluendi ipsos superiores, ab excessibus & cẽsuris cum clausula dicta, *Nisi talia forent, propter quæ essent ad sedem Apostolicam meritò destinandi*, ac cũ eis desuper dispensandi: vt clariùs apertiusque intelligeretur illa clausula declarauit *hæreticos relapsos, schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, duntaxat esse*

ad dictam Sedem meritò destinandos; reliquis verò omnibus etiam Simoniæ qualitercunque irretitis, posse per prædictos absolutionis & dispensationis beneficium, iuxta casuum indigentiam dari.

Atque vt dictis ordinis professoribus, omnis vagãdi tolleretur occasio, & ad sedem Apostolicã pro posse subtraheretur necessitas recurrendi, omnibus Superioribus & eorũ Vicarijs, vt dispensare possent cum ijs, qui ex quauis causa, præterquã homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis mẽbrorum, irregulares forent, & cum patiẽtibus defectum nataliũ ex adulterio, sacrilegio, incœstu, & quouis alio nefario & illicito coïtu proueniente; vt defectu huiusmodi & irregularitate nonobstantibus, ipsi irregulares ad quoscunque, etiam sacros ordines promoueri, ac in illis etiã altaris mysterio ministrare, & tàm ipsi irregulares quàm defectum natalium patientes, ad quascunque administrationes, & officia eligi, recipi, & assumi valerent. Cui tamẽ priuilegio, quo ad illegitimos dictos, derogauit expressè

Sixtus V. sua constitutione *Cùm de*
„ *omnibus*. Legitur & alia declaratio
„ Iulij. II. diei 27. Februarij 1510. Pō-
„ tif. Anno 7. ad Cajetanum postea
„ Cardinalem factum, qua declarabat:
„ quòd quibus religiosis Prædicatori-
„ bus per Sixtū. IIII. cōcessa erat po-
„ testas absoluendi & dispensandi, li-
„ citè possent perpetuis temporibus,
„ absoluere suos, & dispensare cum
„ eis ab omnibus & singulis casibus,
„ ac si bulla cœnæ non esset facta, ne-
„ que fieret, *præterquam à conspiratione*
in Roman. Pontificem. An autem tale priuilegium sit in vigore & robore, nonobstantibus posteriorum Pontificum Bullis Cœnæ, alio in loco inferius explicabimus.

CAPVT VIGESIMVM.

SVMMÆ.

1. *Abbates de iure & consuetudine sibi Confessores eligunt.*

2. *Abbatissæ nec suis, nec sibi de iure eligunt*

Confessarium.

3. Consuetudo ex se, & per se sola, non dat facultatem eligendi Confessorem, qui post Concil. Tridentin. debet esse à Diœcesano antea ad id approbatus.

4. Parochi Sacerdotesque habentes quotidie celebrare, ex tacita Episcopi aut ordinarior. licentia juncta consuetudini, Confessarium eligunt ex approbatis tantùm.

5. Simplices Sacerdotes, in Paschate non tenentur de Præcepto, communicare de manu Parochi.

6. Nullus Sacerdos ab ordinario non approbatus, potest, neque verò debet, Confessiones excipere quod egregiè ex tribus Congregationis Cardinal. Decisionibus comprobatur.

7. Quæritur & resoluitur, An Prælati sæculares Episcopis inferiores, nomine Sacerdotum sæcularium in Concil. Trident. comprehendantur sess. 23. cap. 15.

8. Quos Confessarios tam Iubileorum tempore, quàm extra illud Episcopus sibi eligere valeat: quod luculenter ex oraculis Gregor. xiij. & Congrega. & aliundè enucleatur.

9. Absquè licentia & approbatione Episcopi, possunt regulares administrare Sacramenta Confessionis, Eucharistiæ, & etiam Extre-

mæ Vnctionis sæcularibus de sua familia: Et quidam eorundem regularium, habent ius percipiendi decimas nouallium.

INter eos qui de iure & consuetudine sibi Confessores eligere possunt, communiter numerari etiam debent Abbates & Pręlati ordinum non Mendicantium, si sint exempti.[a] aliàs non.

2. Abbatissæ verò etiam benedictæ nec sibi, nec suis eligere possunt Confessorem; idque pendere ex consuetudine scribit Henriquez.[b]

Quã tamen consuetudinẽ, simpliciter vim habere posse nõ crediderim sine speciali superiorum priuilegio, aut eorundem licentia tacita vel expressa: nulla etenim consuetudine aliter introduci potest, vt quis sibi (extra ius expressũ) possit sibi eligere Cõfessorẽ, vt dicitur in c. *Si Episcopus*,[c] & optimè obseruauit Caietanus in Summula,[d] vbi etiã inde docet, quod cũ Episcop⁹ scit consuetum esse, vt Canonici, Curati, & sacerdotes sui, inuicẽ se absoluãt, & tacet, cũ teneatur illis de cõfessorib⁹ prouidere, ex huiusmodi sua ta-

a *Cap. Ne pro dilatione, de pœn. & remiss. Nauar. in cap. Placuit. de pœn. d. 6. n. 29. & 38.*
b *Lib. 6. cap. 13. n. 3. Syl. verb. Confessor. §. 8. Emanuel Roderi. tom. 1. q. 21. art. 8. in fine.*
c *De pœnit. & remiss. li. 6.*
d *Verbo absolutio ex parte abs. licẽtia duplici*ter: vide item. *Nauarr. loco cit. n. 33.*

cita licentia, censetur concedere, vt possint sibi hoc pacto confessarios e-
„ ligere; illaque tacita Episcopalis li-
„ centia (ait) dat robur absolutioni-
„ bus, & consuetudo nõ cõcurrit, nisi
„ vt testis licentiæ implicitæ. Quam Caietani doctrinam nuper luculenter cõprobauit Franciscus Suarez tomo. 4. Disputationis. 27. secti. 3. Eo enim loco quærens vtrum aliqui possint habere facultatem eligendi confessorem ex sola consuetudine; quæstionem hac assertione dirimit. Dicendum ergo censeo (ait) vbi cõstiterit talem consuetudinem introductã esse, & ridentibus, ac tacentibus ordinarijs Pastoribus bona fide exerceri, eam sufficere vt pœnitẽtes securè possint vti hac facultate; quamuis hæc non tam per ipsam consuetudinem detur, quàm data significetur. Hancque sententiam secutos fuisse refert Hostiẽsem, Raymundum, Astensem, Gersonem Guillel. de monte Landunen. ex Gabriele lect. 3. in mon. vbi eã admittit tãquã magis piã & sufficientẽ ad excusandum, quãuis contrariam fateatur tutiorem. Idem iudicandum

de canonicis & sacerdotibus, vicarijs, cantoribus & capellanis subditis Prelatis inferioribus Episcopis, exemptis tamen & quasi Episcopalem potestatem in suos habentibus; idque etiam intelligendum solum de omnibus dictis Canonicis, Curatis & sacerdotibus subditis, tam Episcopis, quàm dictis alijs Prelatis ad normam sacri Cōcilij Tridentini; [e] id est, vt ita eligere Confessarios possint, qui tamen idonei prius per examen (si Superiori visum fuerit) aliquando iudicati fuerint, nonobstantibus priuilegijs & consuetudine quacunque, etiam immemoriabili.

e *Sess. 23. ca. 15. de refor.*

Neque enim probabile est, vt Episcopi & Prælati sæculares, potestatem quasi Episcopalem habentes, aliter dictam consuetudinem inter sibi subditos clericos tacitè approbare, confirmare aut tolerare intendant, alioqui permulti ignari & omnino incapaces tanti muneris, prædictis confessionibus licitè vacare possent, & eligi in Confessarios, quod omnino Concilio & menti sacri Concilij aduersatur.

4. Vnde,

4. Vnde meritò volunt Nauarrus,[f] Syluester,[g] & Cajetan. superius citatus,[h] Victoria, & Henriquez.[i] quod quia Parochus aut alius Sacerdos habeat frequenter celebrare, ex recepta iam consuetudine, habere etiam vt possit Confessarium eligere de expositis & approbatis, ob eandem rationem, quam ex Cajetano attulimus.

Nimirum quia quamuis consuetudo non possit iurisdictionem conferre, sit tamen illa testis & interpres tacitæ licentiæ, quã Pontifices & Prælati dùm id vident, & tacent, censentur concedere: at à reseruatis non posse absolui ab eo Confessario, quem ita eligit Sacerdos, absque alio & expresso Episcopi priuilegio.

Docetquè idem Henriquez, falso Nauarrum[m] cũ Speculo cõiugato.[n] & Veracrux existimare, id esse reuocatum per Concil. Trident.

5. Iidem arbitrantur, simplicem eundem Sacerdotem celebrantem in Pascha, & in parochia, satis implere præceptum Ecclesiasticum, quamuis de manu parochi non communicet; sunt enim quidam, qui ad id tene-

f In Can. placuit de pœniten. distin. 16. n. 31. & 34.

g Verbo Cõfessor. I. versu decimo quinto quæritur.

h Lib. 5 seu de pœnit. sacram. 3. cap. 8. n. 2.

i Loco citato in gloss.

m in Cap. is. n 2.

n Part. I. ar. 3. col. 4.

ri presbyteros subditos & quidẽ perperam, sibi persuadeant.

1. Tom. 2. q. 44. ar 3. pag. 98. col. 2. 6. Emanuel Rodericus fatetur non ex consuetudine, sed ex priuilegio Apostolico siue Põtificio Antistitam Monasterij Burgensis habere quendã vsum clauium, prouidereque nedum beneficia vacantia, verùm etiam designare posse Confessarios suis monialibus, & sæcularibus sibi subditis (ac consectariè sibi eligere) absque Episcopi diæcesani confirmatione ex Syluestro, 2. Soto 3. & Victoria 4. idẽ etiã priuilegium, vel à Põtifice, vel saltem ab antiqua præscriptaque consuetudine, & cuius initij non est memoria habent plæræque Cœnobiarchæ Galliæ, Lotharingię & Belgij, sed præsertim Galliæ & ordinis sancti Benedicti, vt quotidie pluribus in locis videmus. Quod sane facilè ex antedictis & dicendis alijs in locis admiserim quo ad moniales, nõ autẽ quo ad sæculares Abbatissis subditos, absque Episcopi diœcesani approbatione, ratione derogationis sacri Cõcilij Trid.

2. Verbo Abbatissa. § 3.

3. in 4. dist. 20. q. 1. art. 4.

4. De potest. Eccle. 2. p. q. 2.

Videas quæ hac de re iã diximus ca. 4. n. 1. ex Henriquez.

Declaratio Congregationis. Sess. 23. c. 15.

7. Quandoquidem Congregatio sacra ad illa verba decreti eiusdẽ Concilij *Aut ab Episcopis* declarauit sub-

„ditos inferiorum Prælatorũ, etiam
„exemptorum, licentiam audiendi
„Confessiones (sæcularium videlicet)
„debere petere ab Episcopo, ab eo-
„que approbationem obtinere; & of-
„ferri debere Episcopo à superiore il-
„larum Ecclesiarum.

„ Atquè in vna Toletana censuit; *Notanda Congre. Decisio.*
„hoc decretum Concilij habere lo
„cum etiam in presbyteris sæculari-
„bus subiectis Prælatis, etiam exem-
„ptis, dummodò sint in diœcesi.

„ In alia Forosemproniẽsi declara-
„uit, nullũ Confessariũ posse audire *Alia eiusdem.*
„Confessiones sæcularium, etiam sa-
„cerdotũ (vt loquitur Conciliũ) nisi
„prius fuerit approbat⁹ ab Episcopo,
„etiãsi esset in oppidis exemptis, dum
„modò illa sint intra limites diœcesis.

8. Si quis quærat. An Prælati sæ-
culares inferiores Episcopis, exempti
tamen, & potestatem quasi Episcopa-
lem non habẽtes, vt sunt quidam Præ-
fecti & Decani Ecclesiarum colle-
giatarum exemptarum, habentes à iu-
re p facultatem eligendi sibi Confessa
rium, sacerdotum sæcularium nomi-
ne, in decreto Concilij comprehen-

p Cap. ne pro dilatione de priuileg. extra.

dantur? Respondemus, diuersam admodùm hac de re esse sententiam. De qua diuersitate, aliquandò consultus
Notandum Grego. 13. oraculum. ,, Gregorius XIII. respondit; in re dubia tutius esse adhærere Concilij de-
,, creto. Vnde concludit probatquè
q *Tom 4. disputa. 28. sectio. 4. n. 8. 9. & 10.* Suarez. q tales Prælatos non posse eligere nisi approbatum ab Episcopo.

9. Episcopos verò ipsos si velint sibi eligere Sacerdotē de suis subditis, illum eligendo posse approbare: quia simpliciter, & sine aliqua restrictione approbare valeant. Si autē velint eligere sibi non subditum, debere tùm eligere tantum approbatum à suo Episcopo, vt habetur in declarationibus Congregationis.[r]

r *Decla. 1158. & 1160.* Quod ex eo confirmari potest, quia ,, Gregorius XIII. audita relatione ,, eiusdem sacræ Congregationis de- ,, clarauerit aliquandò: Episcopos vi- ,, gore priuilegij, de quo in capite fi- ,, nali de pœnit. & remissione *Ne pro* ,, *dilatione*, nō posse eligere Cōfessariū ,, sibi non subditū, qui à proprio ordinario non fuerit ad formam Concilij adhuc approbatus ad Confessiones audiendas. Quod tamen Episcopus

Minorenſis in Congregationis Deciſionib⁹,quas omnes habebat,verſatiſſimus, admittere ſolum videtur tẽpore Iubilæorum, vt eorum ſeruetur forma ordinaria. Docet enim tenetque[f] extra Iubilæorum tẽpora, Epiſcopos poſſe ordinariè confiteri, & eligere Confeſſarium nõ approbatum (contra additionem quandã ad Conſilium 12. Nauarri lib.5.de priuilegijs, editionis Lugdunenſis anni M. D. XC. IIII.non ſecus atque Regulares poſſunt, tã Prælati, quàm ſimplices, vt alio loco inferius demonſtrabimus.

[f] In prax. Epiſcopa. 2.par.verb. Epiſco.v.15. & verb. Abſolutio. ead. 2.part. verſu.12.

Quo tamen non obſtante priuilegio, eadem Congregatio Concilij in „vna Calaguritanen. Declarauit Ab„bates habentes in ſuo territorio iu„riſdictionem priuatiuè ad Epiſco„pum, debere tàm eos qui licentiam „ad prædicandum, quàm ad Confeſ„ſiones (nimirùm ſæcularium) au„diendas obtinere volunt, & appro„bandi ſunt in Eccleſijs eidem Abba„ti ſubiectis, Epiſcopo præſentare. „Cui tamen contrarius apertè vide„tur Doctiſſimus Suarez, vt paulo „poſt videbimus.

Deciſio Congrega.

Alia Decis. „ 10. Ex eadem tamen Congregatione, possunt Abbates alijque Prælati Regulares, & religiosi confessores, audire confessiones sæcularium, qui sunt de eorum familia, aut aliàs deseruiunt in eorum Monasterijs, absque licentia & approbatione Episcoporum de qua agitur in præfato Concilij decreto.

Alia Decis. „ Quandoquidem 14. Augusti anno Dom. 1568. Censuit Regulares posse confessiones audire sæculariũ, qui sunt de familia & continui commensales, non item eorum, qui deseruiunt solum in eorum Monasterijs: qui nimirum non ideò sunt de eorum familia aut commensales cõtinui, vt dictum est.

Decis. Congreg. „ Imo verò, eadem Congregatio, quo ad dictos sæculares de familia Monasteriorum; Censuit superiores Regulares posse eisdem administrare sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis. Quod sanè parochiale jus, seu curiale, Abbatibus & Prioribus Maioris Monasterij Turonensis, in familiares domuum suarum iam dudũ sanxere Clemens Papa Sextus, Nico-

laus Quintus post Lucium tertium, Vrbanum 3. Innocentium 3. Grego. 9. Innocentium 4. Vrbanum 4. Grego. 10. Bonifa. 8. & Martinum quintum, & ius percipiendi decimas Nouallium, * nonobstante constitutione Alexãdri 4. quæ ad mediã partem Nouallium percipiendam, vbi integrè veteres percipiuntur, restringit.

* *Hac de re videas Renat. Choppin. lib. 2. Monasticon pag. 184.*

CAPVT VIGESIMVM. PRIMVM

SVMMÆ.

1. *Cùm de approbandis Confessoribus agitur in Concil. Trid. pro sæcularibus, nomine Episcopi aut Ordinarij quis intelligatur proprie.*

2. *Episcopus, etiam Consecratus, qui tamen Episcopatum abdicauit, non potest approbare Confessarios.*

3. *Cùm Decretum Concilij vtatur nomine Ordinarij, non autem Diœcesani, notatur obseruandum discrimen inter nomen Diœcesani, & Ordinarij.*

4. *Probatur amplè, sede vacante, Capitulum*

posse exponere & approbare Confessarios.

5. *Abbates habentes Episcopalem potestatem, ita vt quo ad actus ordinariæ iurisdictionis sint exempti, possunt ex Francisco Suarez intra terminos sui territorij exponere & approbare Confessarios.*

6. *Omnis Prælatus exemptus ordinariè ea omnia præstare potest, quæ possunt in sua Diæcesi Episcopi.*

7. *Quod dictum est num. 5. partim confirmare, partim verò refellere videtur Henriquez.*

8. *Quinam propriè nomine Ordinariorum quibus fieri debeat præsentatio, debeant intelligi ex Cardinali & Syluestro?*

1. VErùm in hac materia approbationis ad confessiones audiendas respectu sæcularium, etiam sacerdotum, nomine Episcopi aut Ordinarij, intelligitur Episcopus non tantum electus, sed electus & confirmatus simul, consecratus aut nondum consecratus; vel etiam Episcopi Vicarius.

2. At verò Episcopus consecratus quidem, sed iàm Episcopatum non habens, hanc approbationem nemini

dare potest: quippè qui nullos habeat subditos in quos aliquam possit refũdere aut exercere iurisdictionem.

3. Estque diligenter obseruandum, „(de quo agimus) Concilij decretum „in hac approbatione, vti nomine E„piscopi aut Ordinarij, non autem „Diæcesani; quia nomen Diæcesani, „de solis Episcopis debeat intelligi; „nomen verò Ordinarij, Prælatos in„feriores etiam comprehendat, iuxta „glossam celebrem & receptam, [a] & „Nauarrum. [b] Qui desertè habet & probat tàm ex iure anti. quàm nouo Concil. Triden. si ritè exaudiatur Sess. 24. Cap. 1. de reforma. Abbates, etiam Commendatarios, exemptos, & habentes iura Episcopalia Ordinarios esse & dici.

a Clem. de iure patronat. verb. Diæcesanis.

b lib. 4. Cõs. Cõsil. 5. n. 2. tit. de sponsal: fol. 365.

4. Etsi autem dubitari possit, An Capitulum sede vacante possit exponere, & approbare Confessarios? Id tamen est affirmatiuè tenẽdum. Quod probatur ex vsu quotidiano & praxi: ita enim facere solent Capitula tùm temporis, per suum ad id specialiter destinatum Vicarium.

Praxi accedat & ratio, eaque eui-

Actus approbationis est iurisdictionis, non delegatæ sed ordinariæ. dentissima: quia nimirum hic actus approbandi non sit actus ordinis Episcopalis, sed iurisdictionis tantum; non sibi specialiter à Pontifice delegatæ, sed ordinariæ. Hoc enim simpliciter illis tribuit Concil. ratione sui muneris: ergo eundem actum iurisdictionis potest Capitulum exercere: quia succedat Episcopo in iurisdictione Episcopali, non vt res inferior, sed vt quid æquale, vt tradunt Canonistæ.[c] Et confirmatur; quia hîc idem actus sit admodum necessarius ad administrationem curæ Episcopalis: quæ cura ideò commendata est Capitulo, quo vsque viduata Ecclesia de alio legitimo Canonicoque Pastore & Episcopo prouisa fuerit.

c In cap. cum olim de maiori. vide & Felin. versu. 6.

5. Ex quibus, inter cæteros colligit optimè Suarez[d] (nonobstantibus superius allegatis Congregationis decisionibus, quas non est mihi probabile illum ignorasse, etsi de illis nullam mentionem faciat) illos Abbates, qui etiam exercent Episcopalem iurisdictionem, ita vt, quo ad actus ordinariæ iurisdictionis sint exēpti ab Episcopis (quod meo iudicio

d Tom. 4. disputa. 28. secti. 5. n. 3.

nihil aliud est, quàm iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum habere, vt loquitur superiùs Congregatio) posse exponere & approbare confessores intra suos terminos. Hoc confirmat vsus quem sibi constare testatur idem Suarez eodem loco, in Abbatibus Compluti Regij, Pinciæ, & Metimnę-campestris in Hispania vel Lusitania, quos verisimile fuisse refert, non vsuros hac facultate, nisi in decreto Concilij fuissent vt ordinarij comprehensi: quod ex eo maximè cõfirmat, quod illis hac in re numquam fuerit contradictum.

Secundò, iste actus, vt dictum fuit, solius est iurisdictionis: at illi Abbates, habent iurisdictionem Episcopalem, ita vt in hoc foro eorum oues & subditi, nullum alium illis superiorem recognoscant præter Sum. Pontificem; possunt ergo hunc exercere actum. Et confirmatur: quia interdum & communiter in huiusmodi Abbatijs, nullus Episcopus possit exponere confessores: at non est probabile hoc Papæ esse reseruatum: Ergo concessum dictis Abbatibus & commissum: ma.

ximè quia habeantur in suis Monasterijs & territorijs loco Episcopi Diæcesani.

Confirmatur tertiò: quia hac ratione possunt ijdem Abbates & Prælati dispensare in votis reseruatis Episcopis, vt optimè obseruauit Nauar. [e] & esse executores testamentorum siue vltimarum voluntatum, vt testatur Couarruuias, [f] & post eum Zerola: [g] ergò idem erit in expositione & approbatione, de qua agimus. Ac consectariè, cùm nomen Episcopi in decreto Concilij [h] potius respiciat iurisdictionem quàm cõsecrationem, complectitur etiam omnem illum Ordinarium, qui iurisdictionem Episcopalem ita in Ecclesia participat, vt supra se non habeat proprium Episcopum præter Summum Pontificem.

6. Testatur siquidem Nauar. [i] omnem Prælatum exemptum posse regulariter facere ea omnia, quæ possunt in sua Diæcesi Episcopi, circa ea, quæ sunt iurisdictionis, iuxta glossam in Clemen. primam de reb. Ecclesiæ

e Cap. 12. n. 75. manual.
f In cap. Iohannes de testamentis.
g 2. part. praxis Episc. verb. Abbas in fin.
h Sess. d. 23. cap 15.
i Lib. 4. Cõs. tit. de spons. Cons. 5. fol. 365.

non alien. [k] quæ gloss. reputatur singulrais.

k Verb. proprij.

7. Huic sanè doctrinæ, partim subscribit, partim verò aduersari videtur Henriquez. [l] Conuenit in eo, quòd scribat, nominè Ordinarii comprehēdi eos, qui in suas oues habent quasi Episcopalem iurisdictionem: vt sunt (ait) quidam sæculares Abbates exēpti, & Capitulum sede vacante. In eo autem discrepare videtur, quòd doceat, in Suffraganei Abbatis districtu, posse Episcopum approbare sacerdotes in confessarios idoneos, & prædicatores, sicut ibidem, ministrat Sacramentum Confirmationis & Ordinis. In initio verò glossæ eiusdem capitis, habet, interdum Episcopum impedire, ne Abbas Suffraganeus approbet sine examinatore ipsius Episcopi, ex Syluestro: ergò ad minus, Abbas exemptus & quasi Episcopalem potestatem habens in suos, si non solus, saltem cū Episcopi examinatore, examinare & approbare poterit in suo territorio confessores sæcularium sibi subditorum, & prædicatores, ex ipso Henriquez.

l Lib. 6. de pœnit. sacrā. cap 6, n. 1. pag. 273.

At profecto habet simpliciter Syluester, loco per Henricum citato,[m] ex Cardinali, in materia approbationis de qua agimus, nomine Ordinariorum, aut prælatorum quibus fieri debet præsentatio, *Eos intelligi, qui in loco habent iurisdictionem Episcopalem, vel quasi Episcopalem, ita tamen quod nulli Diæcesano subsint illi, nec illorum subditi,*

m Verb. Cōfessor. 2. §. 7.

Vt verb. gratia sunt illi Cœnobiarchæ, de quibus capite Abbates [n] ad quod expresse prouocat & Lectorem remittit Henriquez, non autem Syluester, qui simpliciter & planè scribit quę iamiam diximus, nulla (explicitè,) mentione facta de Abbatibus Suffraganeis aut non Suffraganeis.

n De priuilegiu lib. 6.

Ast, tota hæc difficultas opinionumque varietas, à diuersitate Abbatum & exemptionum nascitur. Sunt enim aliæ atque aliæ, vt Abbatum, ita etiam exemptionum Species: de quibus ideò nobis specialiter sequenti capite agendum est, vt in illius calce, tandem Cōgregationem cum Suarez & Suarem cum suo præceptore Henriquez conciliemus.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMÆ.

1. *Quo tempore Abbæ Commendatarij siue Fiduciarij, in Ecclesia exordium sumpserint?*

2. *Superior ætas in Francia, vnum tantum tulisse Commendatarium probatur.*

3. *Quam ob rationem antiquitus institutæ fuerint fiduciæ seu commendæ temporariæ tantum? & quo tempore?*

4. *Non omnes Abbæ, sed quidam duntaxat ex priuilegio, benedictionem solemnem dare possunt.*

5. *Quæ Ecclesia propriè dicatur pleno iure ad Monachos pertinere?*

6. *Ex quibus colligere liceat, Abbates Antistitasque habere ius institutionis in Ecclesiis?*

7. *Ex eo quòd Abbates sanctæ sedi Apostolicæ & Summo Pontifici immediatè sint subditi, dicuntur habere potestatem quasi Epis-*

copalem & iura Episcopalia.

8. Sunt Abbæ quidam Infulati, quidam vero habentes tantum vsum pedi siue Litui pastoralis, & quæ per illum significentur?

9. Summus Pontifex non vtitur lituo au baculo, & quare?

10. Non omnes Æteriarchæ infulati aut lituati, sunt soluti & immunes à Coërtione Episcopali.

11. Quare Abbæ exempti, dicantur habere potestatem quasi Episcopalem, & non Episcopalem simpliciter?

12. Quænam sint ea, quæ efficere & præstare possint Regulares Antistites?

13. Quæritur, An possint corporalia, vestes, & alia benedicere pro suis & alienis Ecclesiis? quod affirmatiuè concluditur.

14. Verior & receptior Theologorum Canonistarumque est opinio, Papam non posse concedere facultatem simplici sacerdoti maiores conferendi ordines, bene autem sacramentum Confirmationis.

15. Ante Concilium Trident. quidam Abbæ ex priuilegio poterant conferre ordinem Subdiaconatus: quod per illud est reuocatum.

16. Mitel-

16. *Mitrllati Abbæ poſſunt (ex priuilegio tamen Apoſtolico ſpeciali) conſecrare calices & altaria, Eccleſiaſque & cœmeteria polluta, aqua tamen prius per Catholicum Epiſcopum benedicta, recō-ciliare.*

17. *Coequantur Abbæ regulares Sacerdotes & Benedicti & exempti, ſiue quaſi Epiſcopalem poteſtatem habentes, cum Cardinalibus, in eo, quòd poſſunt de conſuetudine conferre Tonſuram clericalem, & quatuor minores ordines, & quibus?*

18. *Poſſunt eoſdem Minores ordines conferre in ſuis Monaſteriis, alienis etiam Monachis & ſæcularibus, & quomodo?*

19. *Hoc ipſum priuilegium extenditur ex Sylueſtro, etiam ad Simplices Cœnobiarchas Sacerdotes, etiam non exemptos.*

20. *Iura Epiſcopalia poſſunt per inferiores legitimè præſcribi, etiam in Eccleſia alioqui Diæceſano ſubiecta.*

21. *Ex ſancto Anthonino, Sylueſtro, Archidiacono & aliis, poſſunt rurſus ſimplices Cœnobiarchæ non exempti dare minores ordines: hancque opinionem teſtatur Iacobus à Cappua hodiè eſſe communem.*

22. Ex Zerola, Choppino, & aliis, restringitur priuilegium tale ordines minores conferendi, ad Abbates Mitrophoros & insignia habentes Pontificalia.

23. Etsi dicti Zerolæ & aliorum hoc in negotio opinio sit probabilior, ostenditur tamen prior Sancti Anthoni. & aliorum pro non infulatis Abbatibus, admodum probabilis. Vnde vtrique ad praxim, consuetudinem & sua remittuntur priuilegia.

24. Quanam possint præstare Abbæ fiduciarij siue Commendatarij? & præsertim An Infula & Lituo Pontificio vti valeant?

25. Ostenditur diuersas esse exemptionum species, & quanam illæ sint?

26. Exemptio personalis subdiuiditur in particularem & vniuersalem.

27. Exempto loco, persona, Ecclesia, vel Monasterio, quænam consectarie etiam exempta censeantur?

28. Quibus in casibus censeatur Episcopus abdicare, aut non posse à se abdicare omnem iurisdictionem, cùm concedit alicui Abbæ Eccle.

ſiam pleno iure, etiam de conſenſu ſui Capituli?

29. *Poteſt quis plene & vniuerſaliter præſcribere contra Epiſcopum iura Epiſcopalia.*

30. *Quæ ſit præcipua Exemptionum ſpecies, quæ dicitur vniuerſalis?*

31. *Abbatum quidam dicuntur in Diæceſi & de Diæceſi: alij in Diæceſi quidem, & tamen non de Diæceſi: alij denique nullius eſſe Diæceſis, quæ luculenter explicantur & enucleantur.*

32. *Tandem conciliantur Congregatio & Henriquez cum Franciſco Suarez, exaudiendo Congregationem & Henriquez de Abbatibus, qui dicuntur in Diæceſi; & non de Diæceſi, Suarem autem de Antiſtibus regularibus nullius Diæceſis.*

DIuerſam eſſe Cœnobiarcharum formam & Claſſem, ex eo pateat.

Primò, quòd quidam ſint ſacræ Diæceſanorum Cenſuræ addicti; & illi quidem, aut regulares, aut ſæculares clerici fiduciarij, aliàs

vulgariter Cõmendatarij nuncupati.

1. Quiquidem sumpsere exordium in Ecclesia, tempore Leonis 4. Papæ, vt scribit Zerola, & id quidem perperàm, licet in suam sententiam aduocet nostrum Rebuffum.[a] Qui tamen hac in re ex Ruzæo hallucinatus est, qui ante Rebuff. tale figmentum asseruerat in tracta. quem de commenda composuit q. 1.

a Tit. de cõmen. n. 6.

Quandòquidem vt optimè nostris diebus obseruauit Doctissimus Renatus Chopinus,[b] beneficiorum Regularium Fiducia introducta fuit Vrbani sexti & Bonifa. 9. temporibus, pessimo Ecclesiæ veneno, vel vt ait idem Rebuff. loco citato, in totius Reipublicæ Christianæ exitium, quam perpetuam sectatus est Paulus II. P. Venetus: nec ita diu à suo obitu, inductis Turonas Galliæ ordinibus expostularunt Sacerdotes frequẽte populi cœtu, Monasticas præfecturas, sæculi clericis commendari, fiduciaria lege anno 1483. Antea tamen, Clemẽs Quintus Pontif. & Gallus, exhorruisse legitur contractas eiusmodi fiducias Episcopalium & Cœnobiorum:[c] & ita ex.

b Lib. 1 Monasticon art. 1. n. 12. pag. 36.

c In extrauag. cõmuni. tit. de prabẽ. cap. 2.

horruit sanè, vt huiusmodi commendatarias prouisiones de Episcopatibus & monasterijs reuocauerit. Quia ex mille incommodis, septem vel octo præsertim inter alia tantus Pontifex ex illis oriri potius præuidit, quàm (vt non sine maximo dolore his nostris deplorandis temporibus nimium nos experimur) expertus fuerit: quæ luculenter & amplè in praxi loco citato depingit Rebuffus. Inter quæ vel illud memorandum refert de quodam Sum. Pontifice Paulo, qui cùm aliquando rogaretur, vt filio Regis iam Episcopatum habenti, alium Episcopatum vel Æteriarchiã commendaret, respondit: Absit, vt in Ecclesia Dei ponam bigamiam quæ vtique ex commendis contrahitur. Summũ illum optimumque Pontificem persanctè imitabatur pius ille Parisiensis Episcopus, quem idem Rebuffus eodem loco memorat, cui cùm quædam offerretur Abbatia, respondit: Absit, vt cum sponsa concubinam habeam! ô mores! ô tempora.

2. Et quidẽ Francica superior ætas
„vnũ tantum tulisse perhibetur Fidu-
„ciariũ apud Lemouices, Cœnobiar-
„chã siue Commendatarium, nomine
„Aymericũ anno 956. in fragmento
„Aquitanicæ hystoriæ: Is enim pri-
„mus nulli addictus voto, Abba sa-
„lutatur, qui postremis tamen vitæ
„annis, stimulante facti conscientia,
„Monasticum professus est. Ludoui-
„c⁹ quippe Rex (Simplicis Karoli A-
„uus) ei-ipsi, cuius offensionem me-
„tuebat, Cœnobiarchiam cõmiserat
„Beati Martialis Lemouicensis, ea
„conditione tamen sacramentoque
„dicto, vt cœnobiticam togam, ritus-
„que viuendi complecteretur. Quos
„Ludouicum & Aymericum; vti-
„nam atque vtinam, nostri Reges
„Christianissimi, & nostri temporis
„frequentiores quàm par esset Fidu-
„ciarij Abbæ, in dandis acceptandisuè
„Cœnobiarchijs commendataria le-
„ge imitarentur.

Exemplũ memoria dignũ primi Abbatis Cõmendatarij Frãciæ.

3. Antiquitus sanè, quùm in vacuum sacerdote templum, suffici alius statim nequiret idoneus, solebat Ecclesia probo alicui viro commendari

ac committi: qui velut tutor quispiam aut procurator, bona fide actus sui rationes redderet. Nequè intererat, monasticum nè foret Ecclesiæ beneficiũ, cui ille sæcularis clericus temporaria sex mensium, aut fiducia arbitraria Superiori vel viduatæ Congregationi præficeretur: quippe qui, nec Pastor Ecclesiæ esset, nec curator ei, nisi pro tempore, daretur, ex Carthaginen. Concil.[d] quinto. Ideoque Pontificiis legibus, non videbatur binæ Ecclesiæ præfecturã gerere, qui alterius rector perpetuus, alterius verò *Rector* & custos temporarius existeret, sicuti etiã Calcedonensis Concil. decreto cautũ fuit,[e] & rescripto Leonis Papæ Quarti, viri vtique, re, & nomine Sanctissimi, vt videre est apud Reuerendissimũ, simul, & Doctissimũ Genebrard. Archiepiscopum Aquen.[f]

d *Cano. 8. & ex can. cõstitutum. caus. 7. q. 1.*

e *Cap. 10.*

f *Crono. lib. 4. fol. 536. & 537.*

Qui Leo S. Apostolicam Romanamque sedem tenuit ab anno Christi 847. ad annum 855. ex quibus Concilijs & Leonis rescripto Canon *Clericũ, qui plures*[g] desumptus est. Vndè planũ omninò, vicarios, procuratores, vel commendatarios temporaneos aut

g *Causa. 21. q. 1.*

semestres tantùm, non autem nostros perpetuos Fiduciarios tempore tanti Pontificis & miraculis clari, exordiũ sumpsisse, sanctéque fuisse institutos. Ast, pium venerandæ antiquitatis institutum, quo vacantibus possessore, Ecclesiis prospiceretur, odiosè tandem detortum est in earum frequentem perniciem.

Qui enim per sacros Canones Cœnobiorum Magistri esse non possunt, vt illa commendarentur perpetuò, suis moribus comparatum est. Atquè ita concipitur eiusmodi commendæ siue fiduciæ formula bullatis tabulis, vt libera & omnimoda rerum dispensatio Fiduciarijs siuè Commendatarijs possessoribus concessa intelligatur. Ex quo vera apparet nostratum Pragmaticorum sententia, Commendatarium ius in Cœnobia & Sacerdotia, ab legitimo eorum titulo nihil discrepare. Sunt enim illi perpetui depositarij, instar eorum qui procuratores in rem suam dicuntur à Iuris-peritis, quique suum, non alienum negotium, obeunt:[h] Ac propterea quidam Neotericus auctor, re-

h *L. qui stipẽdia cod. de procurat.*

ctè Fiduciarios hoſce diſpenſatores, vocat fucatos diſſipatores (Rebuffus verò comēdatarios vel commeſtores) cùm ipſis, non Eccleſiæ gratia, ſed ſua potius rerum adminiſtratio permittatur, vt quotidianæ probant ædificiorum, aliorumque omnium neceſſariorum, ad quæ omninò tenentur, non niſi vi & violentia extortæ ab illis reparationes & ſuppeditationes. Budæus equidem i credit illud eſſe palmarium apud Deum inuentum, fiducia cōtracta, ſacrorum antiſtitia retinendi, quæ inter ſe aliàs colliduntur: videlicet quaſi perpetuæ Commēdæ aut Fiduciæ. non inſtar habeant tituli legitimi, quod ad fruenda quidem ſacerdotia pertinet, aut quaſi impoſtura fieri poſſit Diuinitati.

i *Lib. 5. de aſſe.*

4. Verùm, genuinos pureque religioſos Abbates repetamus, ſunt inter eos aliqui, qui ex priuilegio poſſunt ſolemnem benedictionem impendere: hoc eſt, quæ fit dicendo; *Sit nomen Domini benedictum &c.* hac præmiſſa monitione; *humiliate vos ad benedictionem*: idque præcipuè in tribus horis, nimirum poſt matutinas,

laudes, post missarum solemnia, & post vesperas: non vbique locorum tamen, sed tantùm in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis. De quibus agit expressè Bonifacius Papa VIII.[k] Sunt verò multi alij non habentes tale priuilegium, vt potè, qui non habent Ecclesias pleno iure subiectas.

k *Cap. Abbates de priuileg. lib. 6. & gloss. eius.*

5. Tum verò (vltra ea, quæ iam cap. 10. de hac materia diximus) propriè dicitur aliqua Ecclesia pleno iure spectare ad Monachos, vel etiam Moniales, quandò in eis sunt Domini temporales & spirituales. Refertque Archidiacon. vt testatur glossa d. capitis Abbates[l] Alanum scribere, quòd Ecclesiæ tùm pleno iure pertinent ad Monasteria, quando in illis Cœnobiarchæ aut monachi, sacerdotes instituunt, & omnes obuentiones percipiunt, præter ministrorum stipendia:[m] vel vt alij loquuntur, reseruata vicarij portione.

l *De priuileg. lib. 6 verb. pleno iure.*

m *Cap. Auaritiæ de Monachis. extra tit. de præbend.*

6. Ex quibus colligi meritò posse videtur, Abbates, Abbatissas-vè, habere tùm ius institutionis in Ecclesiis; quando hoc pacto sibi sunt subditæ pleno iure: & quando om-

,,nes earundem oblationes obueniẽ-
,,tes colligunt: vel etiam quando Ec-
,,clesiæ illis reperiuntur concessę cum
,,omni appenditiorum integritate, re-
,,seruata ministri aut vicarij portione,
,,vt vidi & legi ipse aliquandò apud
,,quædam antiquissima publica in-
,,strumenta vnionis cuiusdam paro-
,,chialis Ecclesiæ, Monasterio Mo-
,,nialium Iuuiniacen. per Archiepis-
,,copum, & capitulum Treuiren. con-
,,cessæ.

,, 7. Vel deniquè, quandò Sanctæ
,,Sedi Apostolicæ & Summo Põtifici
,,immediatè sunt subditi: Hînc enim
,,colligit optimè Renat⁹ Choppinus,
,,[n] Abbates habere potestatem qua-
,,si Episcopalem, & iura Episcopalia
,,posse exercere.

n *Lib. 1. Monasticon art. 2. n. 18 pag. 78.*

8. Sunt iterum Abbæ quidam Infulati; alij verò habentes tãtùm vsum Pedi siue Litui pastoralis, quo designantur ea, quæ Episcopi, Cœnobiarchæ, & Antistitæ Lituatæ potissimum præstare tenentur, his versibus collecta.

In baculo forma, Præsul datur hæc tibi norma.

Attrahe per primum; medio rege; punge per imum.

Attrahe peccantes: rege iustos: punge vagantes:

Attrahe, sustenta, stimula vaga, morbida, lenta.

9. Obseruat & auctor glossæ cap. *Cum venisset*, ° Sum. Pontificem non vti baculo huiusmodi Pastorali: qui habeat in summitate recuruationem quasi ad trahendum, quod non vult esse necessarium Summo Antistiti, quia nullus ab eo diuertere possit; finaliter ait, & ex eo quòd Ecclesia non possit esse nulla: vel etiam, quia per baculum designetur coërtio & castigatio, quæ magis inferioribus Pastoribus conueniat: ideoquè inferiores Antistites, à suis superioribus baculos quasi ad id munus recipiant. Siue ideò Sum. Pontif. Pedo non vtitur pastorali (addit) quia potestatem à solo Deo & immediatè recipiat, alij verò per ipsum; vnde dicitur Episcopos per diuersa creare loca.

° *Extra. tit. de sacra vnction. verb. mysticam rationem.*

10. At verò Abbæ Infulati, aut Lituati tantùm, sunt, aut non exempti aut imperio coërtioneque Episcopa-

li ſoluti & immunes, & poteſtatem Epiſcopalem vel quaſi Epiſcopalem habentes. De Infulatis exemptis aut non exemptis, agit expreſsè Bonifacius VIII.p de non infulatis autẽ Epiſcopalem, vel quaſi, poteſtatem habentibus d. cap. Abbates eodem titulo.

p Cap. vt Apoſtolicæ. de priuileg. lib. 6.

11. Dicunturque priuilegiati & exempti poteſtatem quaſi Epiſcopalem habere; quia propriè & verè Epiſcopalem ſimpliciter & abſolutè habere non poſsint, vt obſeruat gloſſa præfati capitis *Abbates*; poſſent enim alioqui chriſmare ait, hoc eſt Sacramentum Confirmationis adminiſtrare, & efficere ea quæ ſunt, non iuriſdictionis ſimpliciter, ſed & ea, quæ ſunt etiam Ordinis Epiſcopalis; quod abſurdum eſt ex communi Doctorum ſententia.

„ 12. Quare, optimè docet Syluе„ſter,q Regulares Antiſtites ea tãtum „poſſe, quæ ſunt iuriſdictionis, & be„nedicere ea omnia, in quibus eſt be„nedictio verbalis tantùm. Quod cõ„firmauit poſt omnes alios Emanuel „Sa.r Abbates, infit, qui poſſunt exer„cere pontificalia, poſſunt omnia be-

q Verb. Benedictio. §. 2. 3. 4 & gloſ. cap. d. Abbates.

r Verbo. Benedictio.

„nedicere vbi non interuenit vnctio.
„Quod etiam censuit aliquandò sa-
„cra Congregatio.

„ Non possunt autem alia omnia ge-
„neraliter quæ vnctione cõsecrantur;
„quia iuxta communem Doctorum
„sententiam, ita sint ordinis Episco-
„palis ex iure,[s] & ex consuetudine, vt
„delegari non possint, aut contra E-
„piscopos per Prælatos inferiores
„præscribi contra Cardinalem.[t]

13. Et quamuis etiam corporalia ex cap. citato *Consulto* non possint benedicere, iam tamen id posse concludendum est cum Syluestro,[u] ex legitima temporis præscriptione & consuetudine: quia nimirum verbaliter tantùm, & non cum vnctione benedicātur; vndè habet generaliter, Abba-
„tes benedictos & sacerdotes, iam ex
„iure posse benedicere vestes & alia
„paramenta Ecclesiastica: quod col-
„ligit ex d. cap. Abbates,[x] & ex Ge-
„miniano,[y] & non solùm pro suis
„Ecclesijs, vt idem sentit Gemi. sed
etiam vndecunquè venientia.

14. Quod verò mox dicebamus, videlicet ea, quæ consecrantur Vnctio,

s Cap. consulto dist. 1.

t In Clemẽ. attendentes.

u Loco cita. n. 4.

x Et eius gloss. verb. quasi Episcopalem.

y In d. Cap. Abbates.

ne omnia, non posse delegari aut committi, intelligendum est per Episcopos, non autē per Sum. Pōtificē. Licet enim glossa capitis *Peruenit* [z] teneat Rom. Antistitem posse concedere facultatem Sacerdoti non Episcopo conferendi maiores ordines, verior tamen receptiorque est D. Thomæ, Theologorum, [a] Canonistarumque [b] contraria assertio. Qui tamen fatentur Presbyterum ex commissione Papæ posse Sacramentum Confirmationis administrare. Quibus subscribit & Dominicus Soto. [c] quia inter collationem ordinum & Confirmationis Sacramentum, sit non minima differentia.

z *Distin. 95.*

a *In 4. dist. 7.*

b *In cap. peruenit & ca. Quanto de consuetud.*

c *In 4. dist. 7. q. vnica art. 11.*

15. Ex Nauarro [d] certè obseruauimus Aeteriarchas religiosos quosdam Cistercienses, aliquandò Pontificijs indultis, antè Concilium potuisse ordinē Subdiaconatus conferre; at iam post Concil. Trid. etiam cum eisdem priuilegijs id non posse, nisi fortè Apostolica priuilegia & confirmatio eorundem, expressam derogatoriam Concil. contineant: quippè cùm huiusmodi priuilegijs Apo-

d *Lib. 5. Consil. Cons. 13. de priuileg.*

„stolicis Concilium expressè dero-
a Sess. 23. de reform. cap. 8. & 12. „get; a cuius tamen loci decretum
„idem Nauarrus vult intelligendum
„tantũ de maioribus, non autem de
„minoribus Infulis siuè ordinibus,
16. Si quæras. An Mitellati Abbæ, & quibus Pontificalium vsus concessus est, valeant altaria aut calices consecrare? quod ad solos Episcopos spectare videtur, affirmatiuè respõdem⁹: si tamen ad id speciale indultum ab Apostolica Sede habeant, & non aliter. Illud verò aliquandò Sum. Pontif. concedere ex eo comprobatur, quòd nostro sæculo Paulus Papa tertius Pontificali Litu o Principem Casæ Monasticæ Vallischolarium, qui antea Prior tantùm dicebatur, ornauerit, Abbatem creauerit munificis Codicillis: Anno sesquimillesi. 39. 13. Maij. ex quibus aptissima subsequens periodus ad propositum nostrum decerpta est. *Paulus Papa III.* &c. Quodque dictus Clemens Cornuot, & successores præfati, D. erigendi Monasterij Abbates pro tempore existentes, Mitra, Annulo, Baculo Pastorali, & quibusuis alijs Ponti-

Pontificalibus insignijs vti; nec-non tàm in eodem Monasterio, quàm quibuscunque Prioratibus, & Ecclesijs eidem monasterio subiectis, & ab eo dependentibus, *Quamuis illi pleno iure non subsint*, nec-non in quib⁹ aliquam superioritatem obtinent, ac in quibuscunque locis Ecclesiasticis, in quibus, Clemens & successores prædicti; *In Pontificalibus pro tempore celebrabunt, benedictionem solemnem, post Missarum, Vesperarum, Matutinarum, & aliorũ diuinorum solemnia, supra populum tunc ibi interessentem*, dummodò inibi Diæcesanus, seu alius Antistes, aut aliquis Apostol. Sed. Legat⁹ præsens non sit, vel si præsens fuerit, eius ad id expressus accedat assensus, elargiri, ac singulos fratres, nouitios & seruitores, ac mediatè vel immediatè subiectos dicti erecti Monasterij, nec-non Prioratuum & membrorum eidem erecto Monasterio subiectorum, & ad ipsum erectum Monasterium, vt inibi recipiantur, pro tempore conuolantes, ad hoc idoneos, *Clericali charactere insignire, & ad quatuor Minores simul vel successiuè, pro-vt expediens*

fuerit, quibusuis festiuis diebus promouere, ac ordines eis conferre, nec nō Vestes, indumenta, Ornamenta & Paramenta Ecclesia-„stica etiam Sacerdotalia, libros, ima-„gines, Cruces, Campanas, *Calices*, „*Vasa*, & tabernacula quæcunque „præfati erecti Monasterij, ac Priora-„tuum & membrorum, & Ecclesia-„rum illi subiectarum, *ac altaria illo-„rum benedicere*, easque Ecclesias, „vel earum Cœmeteria, & alia loca Ecclesiastica sanguinis vel seminis ef-„fusione aut aliàs quouismodo pollu-„tas vel polluta, aqua tamen prius „per aliquem Catholicum Antisti-„tem, (vt moris est) benedicta, re-„conciliare liberè & licitè valeant per-„petuò statuimus & ordinamus. At verò altaria calicesque sine vnctione non benedicuntur, vndè credo in hoc Pontificio priuil. pro consecratione, vsurpari nomen benedictionis.

13. Coæquant insuper Abbates Regulares expresse professos Sacerdotes sacratosque seu benedictos à Diæceseos Antistite, & habentes quasi Episcopalem potestatem cum ipsis Cardinalibus presbyteris, Syl-

uester, f ex Archidiacono & Paludano, Iacobus de Graffijs, g Nauar. h Emanuel Sa. i & iam ferè omnes Doctores, idquè in eo, quòd cùm Presbyteri Cardinales omnes ex consuetudine, possint conferre Tonsuram clericalem, & quatuor minores ordines in suis titulis, & vbi habent iura Episcopalia, k ita etiam Cœnobiorum regularium magistri suprarelati, suis Monachis, aut etiam sæcularibus omnibus, in quos habent potestatem quasi Episcopalem, l etiam sine Episcopi examine ex Nauar. m suis inquam, Monachis tantùm professis & non nouitijs, ex Rebuffo, n & Minorensi Episcopo, o & non solùm in suis Monasterijs, sed etiam in alijs exemptis, si inuitentur ab eorũ præfectis: vt enim Episcopus illos conferre potest inuitat9 ab alio Episcopo ita & Abba, vt vult Iacob. à Capua. p

18. Quin-etiam possunt Abbates, eosdem minores ordines conferre in suo Monasterio alienis Monachis, vel etiam sæcularibus; cum licẽtia tamen & dimissorijs propriorum Episcoporum, & Abbatum, & non aliter. Quod

f Verb. ordo. 3. § 2
g Part 2 decis aur. cap. 10. § 2. li. 1.
h Lib 5. Cõsil. Cõsil. 13. n. 3. & vlt. siue. 5. tit. de priuilegijs.
i Verbo ordo.
k Zerola 1. part. prax. Episc. verb. Cardinales in fin.
l Can. 1. & 2 dist. 69. cap. cùm cõtingat. de æta. & qualita. ordin. c. Abbates de priuile. li 6. Panor. copiose ad c. Quãto. de cõsuetud. ad cap. Clerici de vita & honest. Cleri.
m Loco citat. n 5.
n In practic. tit. de Cleri. p. 11. & 12. n 14 & 17.
o 1. part. prax Episc. verb. Abbas.
p 1 part. decis. aurea. li. 1. c. 10. n. 2.

quomodò hodiè sit intelligendum, paulò post ostendemus.

q Verbo ordo. 3. §. 2.

19. Hocque ipsum priuilegiũ minores cõferendi infulas, Syluester q extẽdit etiam ad simplices Cœnobiarchas expressè professos nõ exemptos, sacerdotes & benedictos, vel à benedictione perperam repulsos, quoad primam Tonsuram Clericalem, Ostioratum & Lectoriatum in suo Monasterio & suis monachis, aut sæcularibus omnibus, in quos habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Qua in re sanè sibi-ipsi contradicere, & satis cespitare videtur. Si enim illi simplices Abbæ sint, & non exempti: quomodò potestatem quasi Episcopalem in suos monachos & sæculares habere possunt? Nisi fortè per tales Abbates, intelligat non exemptos priuilegio aut diplomate Apostolico, sed eos, qui contra Episcopum iura Episcopalia legitimè præscripserint.

r Cap. Auditis & cap. Cum olim de præscrip. s 2. Par. Decis. aur. lib. 3. tit. de Visitator. cap. 28. n. 68.

20. Possunt enim illa præscribi, etiam in Ecclesia alioqui Diæcesano Episcopo subjecta, r etiam quo-ad omnem iurisdictionem Episcopalem; vt attestatur Iacobus à Capua. s

21. Imo-verò idem Syluester eodem loco ex Hostiensi, [t] & ex Antho. & Archidiacono, [u] habet, eosdem Abbates simplices non exemptos posse hodiè dare omnes minores ordines; vel de iure, vel saltem de con-„suetudine. Quæ licet in hoc nego-„tio non det potestatem, dat tamen „(ait) interpretationem potestatis concessæ. Hoc ipsum confirmat glossa capitis Abbates : esseque hodiè communem opinionem testatur de Graffijs: [x] nec obstare textum d. capitis *Cum cõtingat* in verbo *Solummodò*, quia illud debeat intelligi, videlicet: quod solummodò in proprio Monasterio omnes minores ordines conferant Cœnobiarchæ, vel in alienis Monasterijs, si ab alijs inuitentur Abbatibus exemptis, vt superius diximus.

t *In cap. Cũ contingat. de ætate & qualita. ordin.*

u *In cap. Quoniam dist.69.*

x *Part. 2. Decis. lib. 1. de ordinis Sacramen. cap. 10. n. 1.*

22. Episcopus tamen Minorensis hanc facultatem quo ad omnes minores ordines, solùm Mitrophoris Abbatibus regularibus & expressè professis cum Rebuffo tribuere videtur. Hac enim de re agens, [y] habet hoc priuilegium debere intelligi de

y *Part. 1. prax. Episcopis verb. Abbas.*

Abbatibus habentibus vſum deferendi Baculum & Mitram, vt ſunt vulgo, ait, Abbates Benedictini. Cui etiam apertè ſubſcribit Emanuel Sa.[z] Abbas, ait, qui poteſt ordinare ſuos ſubditos de iure (poteſt autem ſi eſt Mitratus & Sacerdos dare omnes ordines minores) poteſt & alienos cũ dimiſſorijs, & cum conſenſu Epiſcopi loci; quanquam id poſtremũ non puto neceſſariũ, ſi ordinat in loco exempto: nã & in hoc poteſt Epiſcopus alienus ordinare, petente loci ſuperiore, & Mendicãtes, vt potè exempti, poſſunt ordinari in proprijs domibus à quouis Epiſcopo. Ex qua doctrina poſſumus eos interpretari, qui colligunt ex Concilio Tridentino,[a] Monaſticos Antiſtites etiam Mitellatos quantumlibet immunes ſolutoſque Epiſcopali imperio, Minoribus Infulis ordinare non poſſe, niſi ſibi ſubditos alumnos Monaſterij & cucullatos. Fatetur ſiquidem Zerola loco proximè citato, eoſdem Abbates Infulatos minores irrogare poſſe ordines regularibus extraneis, & illis non ſubditis (ſi accedant literæ dimiſſoriales ſuorum Præ-

[z] *Verb. Ordo.*

[a] *Seſſ. 23. cap. 10. Zerola eod. ver. Abbas. 1 part. prax. Epiſcop. Choppin Monaſt. lib. 1. art. 2.*

latorum; (addens tamen contra Emanuelem Sa. consensum Episcopi, iuxta cuius diæcesim Abbas ordinator commoratur) necnon & Clericis sæcularibus Episcopi iurisdictioni addictis; dummodo ad id Episcopi consensus, & eiusdē literæ dimissoriæ accesserint, prout Sacra Cardinal. Concil. Congregatio declarauit, declarationibus. 290. & 470. Ex quibus infertur, posse Episcopum dare & maiores, & minores ordines clericis sæcularibus subiectis iurisdictioni Cœnobiarcharũ etiã exemptorũ, & quasi Episcopalem potestatē habētiũ; etsi huiusmodi Clerici tali Episcopo nō subijciantur; modò tamen sint intra ambitũ suæ diœcesis, etiã sine dimissorijs dictorũ Abbatũ Eadē quippe Cōgregatio hac in materia sic censuit aliquando. Nulli Abbati, quibusuis munito priuilegijs, liceat cō cedere dimissorias cuicũq; Clerico sęculari: similiter nec Præposito, licet sit Cardinalis, nec Archipresbytero exēpto quãuis habeat iurisdictionē ordinariã. Sicq; etiam aliàs respondit eadem Congregatio Declarat. 513. in facto Illustriss. Cardinalis Medices Præpositi

Terræ Colli, & Archiepiscopi Barrensis mense Iunio. anno. Domini. 1576. & 1579. Quanquam autem admodum probabilis sit Emanuelis assertio, at securior illa Zerolæ & aliorum. Vt enim alibi ex quodam Gregorij XIII. oraculo diximus, in re obscura & dubia, præstat Concilio & textui adhærere Tridentino.

23. Licet inquam, eiusdem Zerolæ, Choppini, & aliorum, mihi sit probabilior sentētia, quod soli Infulati Abbæ, minores ordines conferre valeāt: tamen nec caput *Abbates*, quo innititur Zerola, nec eiusdem glossa, vt legenti planum est, distinguit inter Abbates Mitrophoros, aut Lituatos tantum, sed solum de benedictis & priuilegio munitis agit. Et eadem glossa, expressè sub finem dicit; se tractaturam inferiùs de Mitratis; hoc est in caput *vt Apostolicæ* [b] In quo sanè agitur solum quibus mitris debeant vti Cœnobiarchæ Infulati, tàm exempti quā non exempti in Concilijs Prouincialibus aut Synodis Episcopalibus, & extra, absquè aliqua mentione in textu aut glossa facultatis minores ordines conferendi. Proindè hac in

b *Eod. tit. de priuileg. lib. 6.*

re, attendant omnes Abbæ sua priuilegia, locorum vsum, receptasque, & legitimè præscriptas non autem reuocatas suorum Monasteriorum consuetudines.

24. Abbates autem Fiduciarij, siue Commendatarij, etsi sint hodie dicanturq; perpetui, & esse in dignitate; præsentent, eligant, & conferant in sibi commendatis Cœnobiis; habeant iura patronatus, vel beneficiorũ collationes ex Rebuffo, Zerola, Nauar. & ex communiori. DD. opinione atq; sententia, & si sint exempti & iurisdictionem quasi Episcopalem habeãt, & nullius diæcesis, possint [c] relaxare denunciationes matrimoniales, quæ fieri deberent in Ecclesijs sui Antistitij, *Iuxta decretum* Concilij Triden. * vt possunt cæteri Abbæ regulares & intitulati, & eandem potestatem habentes, & territoria populumque exemptum: quippe qui, sint & appellentur Ordinarij à Nauarro. [d] Imo „verò ijdem Fiduciarij *vtantur* etiam „mitra & baculo quibusdam in locis, „vt se vidisse non pridem attestatur „Episcopus Minorensis, [e] Surrenti in „Concilio Prouinciali, vbi sunt qua-

c *Nauar. lib. 4. Cõs. tit. de spõsa n. 1. & 2. Consil. 5.*

* *Sess. 24. cap. 1. de reform. Matri.*

d *Dicto. Cõsil. 5. tit. de spõsa. lib. 4. Consil.*

e *1. part. prax. Episc. verb. beneficia. §. 11. fol. 19.*

tuor Abbatiæ Fiduciatæ; idem tamen illis omnino denegat, f & id quidem optimè, facultatem minores ordines conferendi. Scribitque vlterius g eosdem Abbates sæculi Incolas & Fiduciarios subesse iurisdictioni Episcopi, in cujus diæcesi sunt sitæ Abbatiæ, vel eorum bona ex Couarruuia, nisi consuetudo, vel exemptio seu exceptio aliud dicat. Sed iam ad exemptionum diuersitatem transeamus.

f D 1. part. verb. Abbas. g 2. part. eiusd. prax. Episc. verb. Abbates in initio.

25. Eas igitur, aliàs atque aliàs esse ex sacrorum Canonum peritis, prorsus est manifestum, sed præsertim ex Syluestro, qui tres potissimas enumerat. h

h Verbo Exẽptio. § 1.

Primam appellat personalem tantum; qua nimirum quis in sua persona ita eximitur, vt à solo Pontifice Max. dependeat, à nulloque etiam Legato Sanctæ Sedis, aut ab illo solo, non autem ab alijs delegatis iudicibus, excommunicari, interdici, vel suspendi possit.

Secunda vocatur localis, quæ fit loco seu territorio, Ecclesiæ, aut Monasterio.

26. Exemptionem personalem

rurſus & localem bipartimur *in Particularem & Vniuerſalem* : *Particularis* ea dicitur, qua perſona, locus aut Cœnobium, non in omnibus, ſed in quibuſdam caſibus & rebus tantùm eximitur. Vt, V. G. ſi fortè aliqua Eccleſia quantum ad hoc ſit exempta, vt nullus Epiſcopus, vel Archiepiſcopus poſſit excommunicationem promulgare, aut diuina ſuſpendere, vel aliam aliquam iuriſdictionem, vt in ſua diœceſi exercere, aliàs autem Eccleſia illa teneatur illi exhibere honorem & reuerentiam, aut ſi teneatur alium ſuperiorem à Papa recognoſcere, vt aliquem Prælatum Regularem ; aut ſi Eccleſia vel Monaſterium ſit quidem exemptum, nõ autem Capellæ, aliæque Eccleſiæ vnitæ, & populi ab eo dependentes.

„ 27. Licet enim exempto loco, vel „perſona, vel Eccleſia aut Monaſte„rio, intelligantur etiam exempta „Cœmeterium, Domus, Theatrum „cum hortis, & arcus, qui ſunt iuxta „Eccleſiã; Dormitoria, Domus Cleri„corum, quæ ſunt iuxta Eccleſiam „cum eorum hortis, ipſi etiam Mo-

„nachi, Canonici, Clerici, & etiam
„Conuersi perpetuoque oblati; non
„tamen est exemptus presbyter, qui
„eiusdem Ecclesiæ, & parochiano-
„rum curam gerit, quo ad ea tamen
„tantum, quæ ad curam illam & Sa-
„cramẽtorum administrationem spe-
„ctant, vt alibi iam ostendimus etiam
„ex sacro. Concil. * Trid. nec etiam
„parochiani, vt videre est in capite *Per*
„*exemptionem*. k

28. Obseruat insuper Iacob. à Capua [l] post Ioan. Andræam, [m] Episcopum posse concedere alicui Abbæ Ecclesiam aliquam pleno iure, & tamen per talem exemptionem non abdicare à se de facto, imò nec abdicare posse omnem iurisdictionem, quam habet in illa, etiamsi accesserit sui capituli consensus. [n] Idque quo ad octo.

* *Sess. 25. ca. 11.*
k *De priuileg. lib. 6.*
l *2. part. lib. 3. cap. 28. n. 66.*
m *In cap. cũ venerabilis tit. de cẽsib.*
n *Gloss. can. visis. 16. q. 2.*

Nimirum quo ad.

- *Visitationem.*
- *Correctionem.*
- *Procurationem.*
- *Cathedraticum.*
- *Charitatiuum subsidium.*
- *Honorem & Reuerentiam.*
- *Institutionem authorisabilem: quæ nihil est aliud, quàm dare curam animarum.*
- *Administrationem denique ordinis Episcopalis:* [o] *quorum omnium quædam specialiter in fine huius* Cap. *explicabimus.*

Exceptionem tamen dat idem à Capua. [p] in quinq; casibus, in quibus indubiè omnis iurisdictio concedi & abdicari potest. Quorum *Primus* est. Si Episcopus eximit & concedit plenum jus, & confirmatur exemptio talis per Summ. Pontificem, [q] aliàs verò non. *Secundus*. Si exemptio plena transierit in rem iudicatam aliquandò, & à sententia lata non fuerit appellatum. [r] *Tertius*, si accesserit Abbatis legitima præscriptio plenæ exemptionis quadraginta, vel quasi quadraginta annorum.

[o] *Panorm. in d. cap. Cum venerabilis.*
[p] *Eodem loco n.* 68.
[q] *Gloss. cap. cõstitutus de religi. domib. Zerola verb. Episc. 1. part. §. 18. Abbas in cap. Pastoralis tit. de his quæ fiũt à Prælat. Federic. Consf. 4. Felin. in cap. Cũ laicus de reb. Eccle. nõ alienan.*
[r] *Cap. Inter. vos de re iudica.*

29. Vndè potest quis iura Episcopalia plenè & vniuersaliter præscribere contra Episcopum, in Ecclesia alioqui Episcopo subiecta, vt colligi potest ex capitibus Auditis & Cùm olim. *Quartus & Quintus.* Si papa velit plenè eximere; aut si Ecclesia siuè Monasterium habeat priuilegium Apostolicum plenæ & vniuersalis exemptionis. t

s *De præscription.*

t *Cap. Exemptionem. de priuileg. lib. 6. Clem 1. de censi.*

Quæ sit tertia & principalis exẽptionis species.

„ 30. Hinc ad nostram principalem „exemptionis formam tandem deue„nientes; Illam dicimus *Exemptionem* „*vniuersalem*, qua nimirum persona „simul & Ecclesia, vel Monasterium „ita eximitur, vt cum vniuersitate re„rum, & iurium appenditiorum, & „hominum, à solo Summo Pontifice, „& à Sancta Rom. Ecclesia depen„deat; Metropolitanus autem, aut E„piscopus diæcesanus nihil iuris in „huiusmodi Ecclesiis, Monasterijs, „territorijs, & populis ita exẽptis ha„beat, nisi fortè aliquando ; non vt „Ordinarius, sed vt Delegatus tãtum „Apostolicus. Hæcque generalis & „vniuersalis exemptio, ad prædicta „omnia euitanda onera Episcopalia

„sufficit, si fiat Abbatibus & religio-
„sis, cum Ecclesijs & bonis habitis & habendis, vt attestatur idem de Grassijs [u] ex capite *Dilectus*. [x]

y Loco citato n. 70.

x De offici. ordina.

31. Ex quibus omnibus nascitur illa postrema Abbatum differentia, qua quidam dicuntur in diæcesi, alij in diæcesi quidem, sed non de diæcesi: alij deniq; nullius esse diæcesis. Sunt illi propriè in diæcesi & de diæcesi; qui nullò exemptionis priuilegio muniti, directè imperio & coertioni diæcesani subsunt. In diæcesi & non tamen de diæcesi, qui sunt quidem exempti, sed capellas, territorium aut populum exemptum non habent. Demùm verò illi sunt nullius diæcesis, qui ita Ecclesias, capellas, territorium, & populum exemptum habent, quod nulli diæcesano subsint illi nec illorum subditi.

Qui dicātur in Diæce. & de Diæcesi.

Quinam in Diæcesi & nō de Diæcesi.

Qui nullius Diæcesis.

Exempti (ait Nauar.) [y] habentes Ecclesias, territorium, & populum exemptum, & iura Episcopalia (hoc est vt loquitur Syluester potestatem Episcopalem vel quasi) possunt dici nullius diæcesis, & sunt Ordinarij, etiam ex Concil. Tridentino; possuntque

y Lib. 4 Cōs. tit. de spons. Cons. 5.

regulariter omnia, quæ sunt Iurisdictionis Episcopalis, & Ordinarijs generaliter concessa, non autem ea, quæ Diæcesanis; quia nomen Diæcesani, de inferioribus Episcopo non intelligatur, vt iam alibi diximus.

z De priuileg: lib. 6.

Quæ omnia luculenter etiam confirmat glossa & caput *Vt Apostolicæ*. Ibi enim habetur, Cœnobiarchas Infulatos & Pontificalium vsum habentes, ex priuilegio, non ex iure, aut esse exemptos, aut non exemptos; & exẽptos quosdam esse, qui quia Capellas aut populum habent non exemptum, ideò tenentur in Pontificalibus, comparere Synodis Prouincialibus aut Episcopalibus, atque ideò, mea sententia, satis aptè ab Henrico Henriquez Episcoporum Suffraganei nũcupantur.

Qui Abbates dicantur Episcoporum Suffraganei.

32. Vt igitur tandem differentiam „& diuersitatẽ superiori capite pro„positam & formatam inter Sacram „Congregationem, Henricum, & „Franciscum Suarem viros doctissi„mos componamus, pro.vt sumus „polliciti, non videtur id mihi com„modius fieri posse, quàm si intelli-

gamus

„gamus Congregationem de Antiſti-
„tibus regularibus quos diximus eſſe
„in diæceſi, & tamen non de diæceſi;
„ſiuè exemptos non generaliter con-
„ſectarieque habentes quidem iuriſ-
„dictionem priuatiuè ad Epiſcopos,
„non tamē vniuerſaliter; quippè qui,
„fortè capellas & populum exemptū
„non habeant, * Suarem autem de
„Abbatibus, qui ſunt & dicuntur nul-
„lius diæceſis.

*Videas quæ ſuperius iam appoſitè hac de re diximus. Cap. 13. n. 3. ex Iohan. Andrea.

Quæ mea conciliatio ex Sacro
„Concilio ſatis euidenter ſtabiliri po-
„teſt. Seſſione etenim. 25. ſubmittit
„quidem Monaſteria & domos viro-
„rum ſeu mulierum, quibus imminet
„animarum cura perſonarum ſæcula-
„rium, & perſonas tàm regulares quā
„ſæculares huiuſmodi curam exer-
„centes, (quo-ad ea, quæ ad di-
„ctam curam & Sacramentorum ad-
„miniſtrationem pertinent) iuriſ-
dictioni, viſitationi, & correctio-
„ni Epiſcoporum, in cuius diæceſi
„ſunt ſita; ita vt ibi nulli etiam ad
„nutum amouibiles deputentur, ni-
„ſi de Epiſcopi conſenſu ac præuio
„examine, per eum aut eius Vi-

Cap. 11. Vt iam ſuperius cap. 14. diximus n. 1.

„ carium faciendo : at expreſſè & pa-
„ tentèr excipit Monaſterium Clu-
„ niacenſe (quod dicunt nullius eſ-
„ ſe diæceſis) cum ſuis limitibus, &
„ cum eo, etiam alia Monaſteria &
„ loca, in quibus Abbates, Gene-
„ rales, aut Capita ordinum ſedem
„ ordinariam principalem habent,
„ cum alijs Monaſterijs, ſeu domi-
„ bus, in quibus Abbates, aut alij
„ regularium Superiores iuriſdictio-
„ nem Epiſcopalem & temporalem
„ in parochos & parochianos exer-
„ cent : ſaluo tamen eorum Epiſco-
„ porum iure, qui majorem in præ-
„ dicta loca, vel perſonas fortè exer-
„ cent.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

SVMMÆ.

1. *Peregrini vtriuſque ſexus, imò & regulares, de licentia Superiorum extra Diaceſes aut Monaſteria peregrinātes, eligunt de conſuetudine, & tacita Superiorum licentia Confeſſarios.*

2. *An Confessores à prædictis (præsertim clericis & sæcularibus peregrinis) electi, possint eos à reseruatis absoluere?*

3. *Non peregrini, habentes tamen facultatem explicitam aut implicitam eligendi Confessarium, nõ possunt iure communi ad id licentia speciali, ab eo, à reseruatis absolui.*

4. *Nulla simplici consuetudine induci potest, vt quis sibi eligere Confessarium valeat.*

5. *Quomodo caput* Si Episcopus *de pœnitentia & remiss. lib. 6. sit intelligendum?*

6. *Pulchra quæstio & difficultas, num Confessarius possit absoluere non subditum, in loco vbi fuit præsentatus de aliquo casu reseruato suo Episcopo, qui tamen non sit reseruatus in alia diœcesi, aut loco vbi confitetur?*

7. *Notanda alia Quæstio. An Religiosus, qui admisit aliquod delictum reseruatum in suo Monasterio, non reseruatum tamen in alio vbi confitetur, possit ab eo absolui Confess. qui non habeat casus reseruatos?*

8. *Episcopus peregrinum Ciuem, in cuius diæcesi habet negotium poteest à reseruatis absoluere, ex tacita proprij ratihabitione: quia reus iudicari soleat secundum leges & consue-*

tudines loci, vbi præsens adest.

9. *Non potest tamen Episcopus, cum alieno & extraneo dispensare super his, quæ Concil. Triden. concessit Episcopis.*

10. *Excipiuntur tamen Mercatores & Scholastici, qui maiori anni tempore moram & domicilium quoddam habent in aliena diæcesi.*

11. *Vtriusque sexus fideles eligunt & Confessarios Iubilæorum temporibus, approbatos tamen tantum & non alios.*

12. *Quid importet propriè libertas eligendi Confessarium?*

13. *Tripliciter inuenitur ex Cardinali Cajetano.*

14. *Quinam propriè sint, aut dicantur Vagabundi?*

15. *Omnis habens facultatem eligendi Confessarium, Idoneum tantum, & non alium potest assumere.*

1. OMnes insuper vtriusque sexus, tàm clerici, quàm sæculares, imò & Regulares, cum licentia suorum superiorum extra Diæcesim, domicilia, aut Monasteria pe-

regrinantes, aut commorantes, de cõsuetudine & concessione (si non expressa, saltem tacita eorundem suorum superiorum, hoc est Episcopi, Vicarij Generalis, Curatorum, ac deinque Præpositorum regularium) possunt sibi eligere Confessarios. Quamquam aliundè habeant illud priuilegium, Regulares præsertim Mendicantes, & qui eorum priuilegijs per communicationem participant.

vide Nauar. in can. Placuit. De pœniten. distin. 6. à num. 61. & verbo infertur quarto, ad 69. præsertim.

Illis siquidem Sixtus Quartus, & in specie Minimis, concessit anno 1479. die secunda Augusti, Pontificatus sui anno secundo, vt scilicet possent confiteri sæcularibus sacerdotibus in casu extra Conuentum.

2. Si verò dubitetur, An Confessores electi à dictis clericis vel laïcis peregrinantibus, aut extraneis; aut à Regularibus extra Conuentum, possint absoluere à casibus reseruatis? Quo ad viatores scribit Cardinalis Cajetanus [a] se aliquando legisse, quod Eugenius Papa IV. declararit viuæ vocis oraculo, viatores in Paschate vbi se inuenerint censendos tanquam incolatum adeptos, quo ad Sacramenta Pœni-

[a] Vide Caiet. in Sum. verbo absolutio & part. absoluentis. §. licentia dupliciter.

tentiæ & Eucharistiæ, atque ideo tum temporis non indigere huiusmodi licentia interpraetatiua, sed posse tunc ab illis Confessoribus absolui, à quibus Incolæ absoluuntur, etiam à casibus Episcopalibus, pro-vt Episcopus loci disposuerit; hoc est si facultatem absoluendi à suis casibus, huiusmodi incolarum Confessoribus concesserit.

3. Verũ quo ad oẽs licẽtiatos alios implicitè vel explicitè vt eligere valeant Cõfessores, certè non approbat quod possint absolui à casibus reseruatis suo Episcopo aut Prælato; quia videlicet id sit contra iuris dispositionem, vt nimirum capitis *Si Episcopus*,[b] quod sic habet; *Si Episcopus suo subdito concesserit, vt sibi possit idoneum Confessorem eligere, ille quem is elegerit, in casibus qui eidem Episcopo specialiter reseruantur, nullam habet penitus potestatem.* Ratio sit, quia in generali concessione illa non veniant, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.[c]

b *De pœnit. & remiss. lib. 6.*

c *De regul. iuris in 6.*

„ 4. Nulla quoque consuetudine „ potest induci, vt aliquis præter sui „ superioris licentiam Confessorem

„sibi eligere valeat, qui eum possit „soluere, vel ligare. Ex quo quidem capite, quod est Bonifacij VIII. concludit Cajetanus, quod si licentia explicita eligendi Confessorem, non cõprehendat casus reseruatos, multominùs ad eosdem se extendit licẽtia implicita, seu interpretatiua.

Huic Cajetani doctrinæ fauet & subscribit expressè Nauar. [d] contra Sanctum Anthoni. & Paludanum qui (vt refert idem Nauar.) arbitrati sunt aliquando, quod si Episcopus alicui peregrinandi fecerit facultatem, videatur quoque concessisse, vt à casibus Episcopalibus possit absolui. Quod quã sit absurdum videas etiam apud Suarem tom. 4. disputa. 23. Sectione. 4. n. 4. vbi etiam eos refellit, qui sentiunt ex vi facultatis factæ eligendi Confessorem, posse electum Confessarium dispensare in votis, aut ea commutare: quia longè diuersæ sint iurisdictiones à votis aut iuramentis dispensandi, & à peccatis absoluendi.

[d] *in Can. Placuit. de pœni. distin. 6. n. 63.*

5. Caput autem præallegatum *Si Episcopus*, intelligendum est non de solis Episcopis, & illis subiectis, sed e-

tiam de Prælatis inferioribus exemptis & quasi Episcopalem iurisdictionem habentibus sæcularibus, aut regularibus, in illis enim, vt in Episcopis vna est eademque ratio; de eisdem itaque & similibus par debet esse iudicium. Exaudiendum item est hoc ipsum caput *Si Episcopus*, & quæ paulò supra diximus, quando peregrini extranei, aut regulares, extra proprias diæceses, domicilia, aut Monasteria confiterentur Sacerdoti non habenti facultatem absoluendi à casibus Episcopis, aut Prælatis locorum reseruatis. Quod vt perspicuum magis fiat, referam quæ de hac materia scribit de Graffijs. e

e *Lib. 1. part. 1. decision. aurear. Cap. 13. n. 46 47 & 48.*

6. *Quæritur (ait) An Confessarius possit absoluere non subditum, in loco vbi fuit præsentatus, de aliquo casu suo Episcopo reseruato, qui tamen non sit reseruatus in loco, vbi confiteretur. V. G. Episcopus* V*irdunen. sibi reseruauit adulterium quod Rhemis, vbi adulter vult confiteri, non est reseruatum; An Confessarius expositus & approbatus ab Archiepiscopo* Rhemensi *possit illum absoluere?* Respondeo *(inquit) aut ille mutauit domicilium, aut non: si mu-*

tauit poteſt abſolui: ſi verò non mutauerit, vt peregrini, aut ad tempus abſentes, tunc non poteſt abſolui.

Quia cùm ratione domicilij & habitationis quis dicatur ſubditus iuxta gloſſam ſingularem:[f] ideò non videtur exemptus à iuriſdictione & ſubjectione ſui Epiſcopi, qui peccatum reſeruauit, & per conſequens, non eſt abſoluendus: præſumitur enim tùm illud facere fraudulenter & in præiudicium animæ ſuæ, puta fugiendo cenſuram proprij Sacerdotis volentis amputare occaſiones peccatorum.[g]

7. Subſequitur quæſtio alia, An ſcilicet religioſus, qui commiſit crimen aliquod reſeruatum in ſuo Monaſterio, quod tamen, vbi confitetur non eſt reſeruatum, poſſit abſolui à Confeſſario non habente poteſtatem ſuper caſus reſeruatos? Reſpondetur, quòd ſi fuerit exemptus à iuriſdictione & ſubiectione illius ſuperioris, qui crimen reſeruauit, nimirum ſi à monaſterio mutatus fuerit poteſt abſolui, aliàs ſecus. * Nec obſtat regula illa: *quòd ratione delicti*

f In Clem. vnicam de foro compet. verſiculo. ſubditos.

g Sotus in 4 diſt. 18. q. 4. art. 2. col. 9. in fine.

** Videas de Graffijs loco*

quilibet forum sortiatur. Non enim pro-
„cedit in foro siue iudicio animæ,
„sed in foro fori, vt testatur Abbas.
„[h] Vndè qui habet facultatem ab-
„soluendi à reseruatis suo Episcopo
„aut superiori regulari, potest absol-
„uere subditos alterius diæcesis, MO-
„nasterij, aut Prouinciæ (vbi ordo
„distinguitur per Prouincias, vt Mi-
„nimorum & aliorum Mendican-
„tium) in dicta alia sua diæcesi, Mo-
„nasterio, aut Prouincia.

Nam, sicut Confessarius potest absoluere pœnitentem à peccatis vbicumque commissis, vt ait Archiepiscopus Florentinus; [i] ita Episcopi & Prælati tacitè volunt, vt idem sit de peccatis sibi reseruatis, atque sic se habet consuetudo, quæ est optima legum interpres. [k] Videre est enim peccatores, peccata quæ toto terrarum orbe commiserunt, vni Sacerdoti confiteri, nec tamen remitti ad Sacerdotes locorum in quibus deliquerunt pro obtinenda absolutione, nisi ratione excommunicationis, vel, nisi peccatum sit notorium, quo casu iustè remittũtur, causa satis-

citato n. 47. ex Syluestro. Soto & Iosepho in floribus theologi.

h In cap. 1. de raptor. & in cap. Fina. num. 7. & cap. Cùm cõtingat. n. 29. & cap. Si quis cõtra. n. 50. de foro compet.

i Cap. 1. de auctori. Cõfess. in summula.

k ff. de legib. l. Si de interpretatione.

factionis & scandali emendandi, ac non ratione absolutionis. Hæc ex Iacobo de Graffijs loco præallegato num. 48. Syluest. & Nauarro, locis per eundem citatis.

8. Quibus etiam subscribit Doctissimus Henricus[l] dicens Episcopum „alienum posse absoluere à reseruatis „proprio Episcopo peregrinum Ciuē, „in cuius diœcesi negotium habet, ex „tacita scilicet ratihabitione proprij, „præsertim tamen, si proprius longis„simè distat, vt qui ex Hispania in „Portugaliam veniret nominatim excommunicatus. Si autem casus ille, qui à proprio Episcopo erat in sua diœcesi reseruatus, non reseruetur in diœcesi, vbi adest peregrinus, parochum aut alium approbatum talem absoluere tùm posse: *quia reus iudicari soleat secundum leges & consuetudines loci, vbi præsens adest*.

[l] Li. 6. c. 14. & in gloss.

9. Obseruat tamen rem obserua„tione dignissimam & apertissimam, nimirum, Episcopum alienum cum „extraneo non posse dispensare in his, „quæ Concilium Tridentinum[m] cō„cedit Episcopis; quia talis licentia &

[m] Sess. 24. cap. 6.

auctoritas, clarè ibi limitatur &c. coarctatur ad suos subditos.

10. Qua tamen limitatione non-„obstante fatetur, Episcopum alienũ „id posse cũ ijs Mercatoribus & scho„laribus, qui maiori anni tempore „moram trahunt & domicilium „quoddam habent in ea aliena diœce„si.

11. Deniquè omnes vtriusque sexus fideles, Confessores eligere possunt per Iobelæa, & Bullas (quas aliter Confessionalia nuncupant) interdum concessa à Summo Pontifice, habentia expressè dictam eligendi Confessorem licentiam, quæ diligenter in suis tenoribus consideranda sunt. Item illi omnes, quibus in particulari tale priuilegium idẽ Summus Pontifex, Episcopi, aut Prælati concesserint, vel pro certo tempore, aut toties quoties.

12. Sed vt paucis quæ hactenus de hac materia deducta sunt constringamus & complectamur, sciendum quòd libertas eligendi Confessarium, aliud propriè nihil significat aut efficit, quàm, vt quis non sit alicui parti-

culari ſubiectus tanquam proprio ſacerdoti, ita vt illum mutare non valeat.

13. Tripliciter autem inuenitur, (pro vt ſuo modo ſnubtiliter adnotauit Card. Cajetanus) nimirum *Primò*, cùm perſona nullibi & nemini ſubditur, vt perſona Papæ, ac propterea ille cui ſe ſubijcit, poteſt ipſum abſoluere à peccatis.

n *Dict. verbo. abſoluti ex part. abſoluen.*

Secundò, ratione ſtatus perſonæ; quia ſcilicet nunquam in eodem ſtatu aut loco permaneat, atquè per hoc, nulli particulari miniſtro Sacramenti pœnitentiæ ſubditur, quum non ſit maior ratio quòd vni magis, quàm alteri ſubijciatur.

14. Huiuſmodi ſunt vagabundi, qui ſcilicet, vel nullibi habitant, ſed vagantur, vel licet alicubi domicilium habeant, & fortè cum vxore & liberis, vt plurimum tamen ſunt in motu continuo; ita etiam, vt in Paſchate extra inueniri conſueuerint; hi enim, perinde ac vagabundi quoad Sacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ cenſentur, & abſolui à quolibet Con-

Vagabundus quis dicatur.

fessore (approbato videlicet) possunt.

Tertiò, ratione materiæ, vt contingit in peccatis venialibus; quia cùm nullus teneatur ea de iure confiteri, [o] consectariè quo ad ea sola, nulli Confessori de iure subijcitur; atquè ideo à quolibet Sacerdote, de venialibus tātùm, quilibet absolui potest. Libertas autem quam diximus in Episcopis & Prælatis, & in Priuilegiatis à Summo Pontifice, aut ab eisdem Prælatis pro vna vice tantùm, aut toties quoties voluerint, ad primum modum facilè & non incongruè reduci potest.

o Conc. Trid. sess. 14 cap. 5. Nauar. de pœniten. n. 10. 22. & 23.

15 Nec sanè hoc loco nobis prætereundum, omnem liberum, hoc est habentem facultatem eligendi Confessarium, siue sæcularem, siue regularem debere, posseque eligere idoneum & non alium: nisi fortè in casu extremæ necessitatis, aut mortis in articulo siuè periculo.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SVMMÆ.

1. *Quis ex iure antiquo sit idoneus Confessor?*

2. *Quis iam ex iure nouo Concilij sit idoneus iudicandus?*

3. *Omnes Sacerdotes cuiuscumque status, Ordinis, aut Dignitatis, non habentes Parochiale Benef. indigent prorsus approbatione Episcopali, ut validè Confessiones excipere valeant.*

4 *Constat manifestè decretum Concilij Triden. non esse exaudiendum de Regularibus.*

5. *Forma approbationis Confessariorum præscripta à Concil. Tridentino Sess. 23. cap. 15. est necessaria, non solùm necessitate præcepti, sed etiam necessitate Sacramenti.*

6. *Sub nomine parochialis beneficij in dicto decreto Concilij, Quinam Sacerdotes intelligi debeant?*

7. *Generales & Prouinciales regulares non possunt approbare Confessarios pro sæcularibus, & quare?*

8. *Simplices Parochos non posse Confessarios approbare, aut Sacerdotibus ab Ordinario siuè diœcesano prius non approbatis suam iurisdictionem delegare, aut eosdem Coadiutores assumere luculenter probatur.*

9. *Proponuntur & resoluuntur duo Dubia, videlicet, An sensus decreti Concilij fuerit approbare & exponere ipso Iure pro tota Ecclesia eum, qui parochiale beneficium habeat, aut pro sibi commissis ouibus tantum. Et, An sit necessarium actualiter habere beneficium Curatum?*

10. *In eodem Concilij decreto agitur, non de iurisdictione ad Confessiones necessaria, sed de approbatione, quæ inter se distinguntur, & quomodò?*

11. *Quid sit propriè Episcopalis approbatio? Ex se & per se siuè sola iurisdictionem non confert, & quare?*

12. *Religiosi verò vnà cum approbatione ipsa iurisdictionem sortiuntur; & quam ob causam?*

13. *Disceptatur, An habens beneficium Curatum possit alienas oues absoluere sine licentia proprij Sacerdotis? Quod negatiuè concluditur etiam ex Sacra Congregatione.*

14. *Resoluitur affirmatiuè secundum dubium numero. 9. paulò antea propositum.*

Quod

QVod si quærat quispiam, quis sit idoneus iudicandus? Respondemus cum Canone citato [a] *Ne pro dilatione*, Idoneum nullum alium significare, quàm virum prouidum & discretum; hoc est, versatum & ita expertum, vt possit ligare & soluere, iuxta tenorem capitis *Quē pœnitet.* [b] *Qui confiteri vult* (ait) *peccata, vt inueniat gratiam, quærat Sacerdotem scientem ligare & soluere, ne cùm negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant quam stultus euitare noluit.* Demū, vt sit idoneus, necesse vlterius est, vt non sit suspensus per censuram, aut nominatim excommunicatus. [c]

a De pœn. & remiss. lib. 6.

Quis sit Idoneus Confessor.

b De pœnit, dist. 1.

c Vt obseruauit de Graffiis lib. 4. Decis. ca. 15. n. 11. 1. part.

2. Quæ sanè, etsi aptè perspicueque à nobis dicta videantur ex iure antiquo, & pro Confessoribus præsertim, quos personæ regulares sibi eligere possunt, iam nobis tamen ex Concilio Triden.* Attendendum, duobus modis Sacerdotem ad Confessiones audiendas fieri idoneum pro sæcularibus etiam Sacerdotibus, vt iam alibi vtcunque insinuauimus. *Primus* est

* Sess. 23. ca. 15.

quandò aliquis approbatur ad id munus specialiter & sine beneficio Curato ab aliquo Episcopo, aut Vicario Generali Episcopi, aut à Capitulo sede vacante, aut ab eo alio Ordinario, qui in suas oues habeat quasi Episcopalē iurisdictionē, vt sunt quidā Prælati exēpti; vt superius diximus.d

d *Cap.20. n.5.6. & 8.*

Secundus est quando aliquis prouidetur de beneficio curato: quilibet enim horum modorum est per se sufficiēs.

3. Vndè colligitur, omnes Sacerdotes, qui non habent Parochiale beneficium, cuiuscunque status, Ordinis aut dignitatis existant, indigere Episcopi approbatione, vt possint validè confessiones excipere. Quia Concil. vniuersaliter loquatur nullumq; eximat, sed etiam ampliet ad regulares, non tamen respectu omnium pœnitentium, sed sæcularium tantum per illa verba *Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum.*

4. Ex quibus verbis constat manifestè, ius decretumque Concilij non habere locum respectu Regularium, sed omnium sæcularium sine vlla exceptione.

Loco citato.

5. Hæc equidem forma approba-
„tionis per alterum duorum modo-
„rum prædictorum à Cōcilio præscri-
„pta, Sacerdotis ad Confessiones I-
„donei, non solum est necessaria ne-
„cessitate præcepti (in quo vt testatur
„Franciscus Suarez e nulla potest esse
„dubitandi ratio) sed etiam necessita- e Tom. 4.
„te Sacramenti, ita-vt, si Sacerdos nō dispu. 28.
„approbatus alterutro ex dictis mo- sect. 4. nota.
dis tētet hoc conficere Sacramētum, 4. n. 14.
nihil faciat, non solùm per accidens, ob indispositionem & malam consciētiam pœnitentis, sed etiam per se, ex defectu potestatis in Confessario, quantumuis pœnitens bonam fidem habeat.

Qua in re tamen præsertim pro pœnitentibus hoc in negotio simpliciter & bona fide procedentibus, ex Theologis attendendum diligenter, nihil quidē fieri virtute iurisdictionis ex parte ministrātis, sed benè ex parte Dei miserētis, & bonā intētionem pœnitentis eiusque contritionē attendētis & approbātis. Enimverò, qui simpliciter & ex ignorantia cōfitētur intrusis ac temerarijs, siue ijs qui nūquā

habuerunt institutionem à legitimo superiore, si illud tandem aliquando resciuerint, tum iterum confiteri tenentur; si verò semper ignorauerint, à Deo absoluti dicuntur à Sylue.[a] Cajet.[b] & Ioanne Baptis. Corrado.[c]

„ 6. Nomine Parochialis beneficij „in decreto Concilij, comprehendũ„tur etiam superiora beneficia, quæ „habent Ordinariam iurisdictionem „in hoc conscientiæ foro, seu anima„rũ curam annexam; vt sunt Episco„pi non solum, verùm etiam Abbates „aliqui, quidam Archidiaconi & Ar„chipresbyteri, non autem Prælati regulares: quia licet illi habeant iurisdictionẽ & curam animarum, non tamen beneficium: quia etiam eorum iurisdictio ordinaria sit solum super suos regulares, non autem in sæculares, & ideò non statim censentur approbati respectu sæcularium, de quibus in hoc Concilij decreto approbationis Confessariorum pro sæcularibus agitur.

7. Imo verò, cùm Generales & Prouinciales religionum, non habeant iurisdictionem ordinariam in popu-

a Verbo Cõfesso. §. 19.
b Verbo Absolutio, cura impedimenta.
c Part. 1. q. 4. p. 9. col. 1. in fine.

lum Chriſtianũ (quę nomine Epiſcopi propriè indicatur) ac conſectariè in ſęculares, non poſſunt pro ſæcularibus approbare Confeſſarios; quia id ſit actus iuriſdictionis ordinariæ.

8. Non defuêre, neque verò deſunt adhuc multi maximo abuſu & errore decepti, qui ſibi perſuadeāt, parochos ſimplices poſſe Sacerdoti ab ordinario aut Epiſcopo ſpecialiter non approbato, ſuam iuriſdictionem delegare, aut coadiutorem non approbatum aſſumere. In ea autem fundantur ratione, Quia Parochi habeant ius ordinarium delegandi ex officio ordinario, non autem ex priuilegio aut ex conſuetudine. Hanc autem ſententiam explodit reijcitque omninò (& id quidem optimè) Doctiſſ. Suarez,[f] vt neque tutam aut probabilem, nec practicabilem.

[f] *Tom. 4. diſputa. 28. ſect. 4. q. 2. n. 11. & 12.*

Vndè concludit, Parochos tantùm poſſe delegare ſuam iuriſdictionem, vel alijs Parochis (in quo ius ſuũ integrũ & ordinariũ conſeruatũ eſt) vel Sacerdotib⁹ alijs, ab Epiſcopo approbatis. Hæc enim eſt mens Concilij

quam primò vera legitimaq; consue-
„tudo, non autem calamitosi nostri
„tēporis corruptela interpræta est.
Adde, quòd verba decreti Concil. generalia sint; ergò generaliter inter-
„prætanda. *Lex siquidem generaliter lo-*
„*quens generaliter interprætanda est.*
„*Tertiò*, ex fine Cōcilij hoc colligitur
„facilè & apertè: voluit enim Conci-
„lium ad euitanda incommoda, & à
„tanto munere arcendos ignaros &
„incapaces, hoc iudicium reseruare
„Episcopis: at verò si hæc facultas cō-
„cessa esset Parochis, ferè nihil fecis-
„set; quia si ex parte Sacerdos Paro-
„chus posset iurisdictionem dare Sa-
„cerdoti non approbato, etiam pos-
„set dare Parochiano suo facultatem
„ad eligendum Confessarium non
„approbatū, vt luce clariùs est: quod
„prorsus eneruaret decretum Conci-
„lij. Posset etiam Parochus eo con-
„cesso, cōcedere quod Summus Pon-
„tifex nunquam ordinariè concedit
„per diplomata sua, & quod Episco-
„pus non potest concedere. Est igitur
absurdissimum & ridiculum tantam
„Parocho largiri facultatem.

9. Sunt & qui dubitant ex præcedentibus. *Primò*, An sensus decreti Concilij fuerit approbare & exponere ipso iure pro tota Ecclesia eum, qui Parochiale beneficium habeat, aut pro commissis sibi subditis tantum; ita vt extra Parochiam, circa alienos Parochianos, aut alios, absque alia approbatione nihil habere videatur amplius, quàm alius simplex Sacerdos? *Secundò*. An sit necessarium actualiter habere beneficium Curatũ? An verò satis fuerit habuisse aliquãdò? Quia licet beneficium abdicatum fuerit, approbatio tamen remansisse videatur.

Quo ad primum, affirmantem amplectuntur inter cæteros eamque tuentur, Henricus Henriquez,[g] Emanuel Sa.[h] & Franciscus Suarez.[i] Censent enim beneficiarium Curatum iuxta intentionem Concilij esse Idoneum reputandum simpliciter, & pro quocunque loco siue diæcesi; ita vt, sit vbiq; proximè capax iurisdictionis si aliundè conferatur ab eo, qui potest delegare, vel mediante bulla, aut simili priuilegio eligendi Confessorem.

g *Lib. 6. de pœnit. Sacram. cap. 6. n. 3.*
h *Verbo Cõfessor.*
i *Loco citato hoc est disputa. 28. secti. 4. n. 15. 16. 17. & 18.*

Hancque fuisse sententiam grauissimorum quorundam Prælatorum, qui interfuerunt Concilio, & omnium Theologorum & Iuris-peritorũ Salmenticen. refert Hẽriquez, quod sibi, etiam constare testatur Suarez: & inter Hispanos Lusitanosq́; hanc etiam esse consuetudinem, vt Parochi sese mutuò iuuent ex solo suo consensu, non solum intra eandem diæcesim, (quod est certius & frequentius etiam pluribus in locis nostræ Galliæ, imò & Lotharingiæ) sed etiam in confinio diuersarum diæcesum, vt idem refert Henriquez.

10. Obseruandumque omnino „nobis est ex allegato Suarez, [k] in de„creto Concilij, de quo nobis sermo „est, non agi de iurisdictione ad Con„fessiones audiendas requisita, sed de „approbatione, quę inter se distingũ„tur. Quandoquidem approbatio „Episcopi non est ex se & per se sola „delegatio iurisdictionis, sed aliquid „præuium ad illam. Neque enim sim„pliciter approbatus censetur statim „iurisdictionem consequutus. Vnde „posset rectè Episcopus hoc iuridi-

[k] *Loco citato num. 22.*

,,cè declarare, & approbando non
,, delegare suam iurisdictionem sic ap.
,,probato.

Posset etiam simpliciter approbare,
,, & tamē suam iurisdictionem solùm
,,concedere ad tempus, vt ad annum,
,,vel sex menses: vel pro viris tantùm
,, & non mulieribus, vt etiam Romæ
,,frequenter fieri ipsi vidimus sub fœ.
,,licis recorda. Clemente Octauo: vel
,,pro sua vita solùm. Et tunc, licet per
,,mortem Episcopi sic iurisdictionem
,,concedentis pro sua tantùm vita,
,,cessaret iurisdictio, non tamen ap-
,,probatio: quam multò certiùs est
,,non finiri per mortem Episcopi con-
,,cedentis.

11. *Quocirca, hæc Episcopalis appro-*
,,batio nihil aliud esse videtur, quàm pu-
,,blica quædam sententia, seu authentica
,,contestatio de sufficentia talis Sacerdotis
,,qui approbatur ad audiendas Confessio-
,,nes, *quam* Concil. *Trident. voluit esse*
,,velut dispositionem necessariam, vt sim-
,,plex Sacerdos proximè sit capax iurisdi-
,,ctionis, & vt idoneus eligatur per Iubi-
,,læum, priuilegia, aut aliam legitimam
,,delegationem seu commissionem eorum,

Quid sit propriè Episcopalis approbatio.

„ *qui iure committere & delegare pos-*
„ *sunt.*

Non igitur Presbyteri sæculares quādo approbantur, ex simplici approbatione iurisdictionem consequuntur, vt etiam ex quotidiana praxi satis superq; cōstat, ex qua mandatum Episcopale dari solet approbato, fidem faciens de approbatione & de delegata aut non delegata iurisdictione, pro vt Episcopo placuerit.

12. Religiosi autem non sic, sed statim atque approbati fuerint, iurisdi„ctionem accipiunt, non ab Episcopo approbante, sed à Papa per sua priuilegia. Qua iurisdictione vtique in tota Christiana Republica vti possent semel approbati, nisi à Sum. Pontif. ad quoscunque Episcopos in vna quaq; sua diæcesi honorandos prius obstringerentur; vndè iurisdictione concessa vti nō possunt ante approbationem in vnaquaque diæcesi.

13. Sunt tamē qui velint habentem beneficiū Curatum, non posse alienas oues audire, sinè licentia expressa proprij Parochi: quia non proindè vbiq; sit reputandus Idoneus, approbatio-

que pro vno loco, non ſufficiat pro alijs. Quod non admittit Suarez. Hæc ratio (ait) 1 ſi valida eſſet, probaret etiã intra eundẽ Epiſcopatum, non cenſeri Idoneum pro tota diæceſi, qui in eo habet Parochiale beneficium, ſed ſolùm pro ſua Parochia: quod planè incredibile videtur; aliàs, quid oporteret Concil. hanc exceptionem facere, *Niſi Parochiale beneficium habeat.* Vndè cùm hic agatur ſolum de approbatione neceſſaria ad Sacramentum pœnitentiæ ex Concil. Trid. ad dubium propoſitum dicimus, nõ requiri licentiã alterius Parochi ad approbationem, ſed ſolum Parochiale beneficium, ac proindè omnem habentem beneficium Curatũ ita tum eſſe Idoneum, vt etiam per totam diæceſim poſsit in Confeſſorem admitti, ſi aliũdè iuriſdictio approbationi accedat, per bullã vel alium modũ, vt per alterius delegationem, vt dictum eſt: hactenus dictus Suarez.

1 *Loco citato num.* 16.

Seſſ. 23. *c.* 11.

Cuius quidẽ, vt & Hẽriquez & ſimiliũ aſſertio, ex his quę dicta ſunt & pluribꝰ alijs, quæ adduci poſſent rationibus & argumentis probabiliſsima eſt,

multumque habet ponderis & momēti, ac proinde ei omnino & libentissimè subscriberem, nisi retineret me Sacræ Congregationis Concilij au-ctoritas, quam reperio contrariū censuisse & declarasse sæpiùs. Consulta etenim aliquando, respondit: *Prouisum de Parochiali Ecclesia per concursum, censendum esse approbatum & idoneum ministrum ad audiendas Confessiones duntaxat in ea ciuitate vel oppido, vbi sita est Parochialis, non autem passim per totam diœcesim.* Quod vtinam attenderent omni-

Decisio Congregationis.

„no nostrorum temporum iàm fermè
„vbique locorum Parochi & Presby-
„teri sæculares innumeri, qui quoti-
„die & in suis, & in alienis parochiis,
„alienas oues absque Episcopi aut
„etiam Parochorum propriorum li-
„centia audire & absoluere præsu-
munt.

Quanquam non ignorem consuetudine posse induci, vt quis confiteatur cuicunque voluerit, & modo sit sæcularis; Confessio fiat Sacerdoti approbato ab Ordinario, maximè hoc videntibus Prælatis, tacentibus, tolerantibus, & consectariè (implicitè sal-

tem) consentientibus , vt expresse tradunt S. Antho.[m] Victoria ;[n] Angel.[o] Soto[p] & Nauarrus[q] qui scribit valere confessionem factam extraneo Confessario (approbato videlicet) credenti probabiliter, quod id nunc est gratum proprio Sacerdoti.

Cui consonat illud Henriquez,[r] nimirum, quod dum præsens Episcopus Sacerdotem doctum sibi amicum vi- „det audientem confessiones , nec „prohibet cùm possit, eo silentio illũ „approbat , non quidem simpliciter, sed solum pro eo tempore. Eadem Congregatio in vna Valentina censuit. *Quod Cõfessor approbatus ab alio etiã Episcopo, quam ab Archiepisc. Valentino in diœcesi & pro diœcesi Valentina, non censetur ab Ordinario approbatus*: Quia nimirum vnusquisque Episcopus, solum in sua & pro sua diœcesi & non pro alia, possit Confessores approbare; alioqui vana & frustranea esset διοικήσεων diuisio.

Ergò, vt approbatus pro vna diœcesi, non censetur approbatus pro alia; ita etiam approbatus pro hac aut illa Parochia tantum , non est censendus

m 3. part. tit. 17. cap. 1.
n In Sum. Sacram. q. 54.
o Verb. Cõfessor. 3. n. 3.
p In. 4. distin 18. q. 4. art. 1.
q In manual. cap 9. n. 5. aut. 6. & in can. placuit de pœnit. dist. 6. n. 105. vide & Suarem. tom. 4. disputa. 23. sect. 3. tota.
r Lib. 6. cap. 13.
Secunda Cõgrega. Decisio.

*vide Nauar. dict. cap 9. Manual. n. 6. aut. 7.

approbatus pro alijs ; * nisi fortè non solùm pro sua, sed etiam, expresse pro tota diæcesi ad confessiones audiendas generaliter approbaretur. Id enim posse præstare Episcopum prorsus manifestum est.

Tertia eaque notanda Cõgregationis Decisio.

Extat & alia Congregationis declaratio, in qua consulta ; An obtinens Parochiale beneficium, sit vbiq; censendus Idoneus absq; alia Episcoporũ approbatione, ita quòd audire possit confessiones eorum, qui non habent huiusmodi priuilegium, sed Parochorum consensum? Respondit Congregatio, non posse. Et licet Suarez scribat, nihil sibi constare de hac Congregationis declaratione, nec eam reperisse apud exemplar Episcopi, aut Collegij Conimbricen. fateor tamen me illam de verbo ad verbum repperijsse & legisse in exemplari Reuerendissimi Episcopi Virdunen exactè Romæ suis sumptibus scripto, & tandem ab eo donato Collegio R. PP. Societatis Iesu. Ciuitatis Virdunen.

Tandemq; Suarez suam sententiam censuræ Congregationis submittit, si in allegata sua declaratione sermo sit

de alio priuilegio, quàm eligendi Cõfeſſorem: vel in alio ſenſu data ſit quàm ſibi perſuadeat. Proindè curent omnes Parochi & alij, vt generaliter pro tota diœceſi & non pro hac aut alia Parochia; aut hoc vel illo loco tantum approbentur: hoc enim obtento, tum abſque aliqua difficultate poterunt confeſſiones excipere eorum, qui habuerint facultatem eligendi ſibi Confeſſarium approbatum: & à quouis Parocho diœceſis adhiberi ad audiendas ſuorum Confeſſiones. Quod prædictis Congregationis declarationibus ſatis apertè conuenit.

14. Ad ſecundum propoſitum Dubium facilis eſt reſponſio. Cùm enim Concilium clarè dicat nullum ad Cõfeſſiones Idoneũ, niſi Parochiale beneficium habeat, quod eſt præſentis temporis, ſi quis iam beneficium Curatum quod habeat dimiſerit, non eſt Idoneus reputandus. Quia in his, quæ pendent ex diſpoſitione iuris poſitiui, ſtandum ſit verbis legis. Huic aſſertioni ſubſcribens Henriquez.[s] addit, quòd ſi qui beneficium Curatum abdicauit, verè ſit

[s] *Lib. 6. ſeu de pœniten. Sacram. cap. 6. num. 3. ſub fin. & in gloſſa. Litera I.*

doctus, & communi errore vulgi censeatur adhuc approbatus, tùm valere absolutionem.

Quod tamen repugnare videtur his, quæ superius diximus ex Com. Doctorum opinione, & specialiter Francisci Suarez; nimirum, formam approbationis à Sacro Concilio præscriptam per collationē beneficij Curati, aut aliàs per specialem Episcopi approbationem, esse necessariam non solum necessitate præcepti; sed etiam necessitate Sacramenti, ita vt Sacerdos non approbatus alterutro ex duobus dictis modis (qualis est qui beneficio Curato renunciauit) attentans conficere hoc Sacramentum, nihil penitùs faciat: non solum per accidens, verùm etiam per se, & ex defectu potestatis, quantumuis pœnitens bonam fidem habeat.

„Quod ex Cōgregat. possumus con„firmare. Interrogata siquidē. An Sa„cerdos, qui aliquando approbatus & „Idoneus iudicatus sit, atque ideo in „Parochum assumptus fuerit, dimissa „postea Parochiali, haberi etiam nihi„lominus debeat adhuc Idoneus ad

Confes-

„Confessiones validè audiendas, ita „vt hæc particula decreti Concilij „*Beneficium obtineat*, extendatur etiam „ad *vel obtinuerit*? Respondit, non haberi. Vndè exaudire possumus Henriquez de validitate absolutionis coram Deo, durante bona fide contritione, & ignorantia inuincibili pœnitentium, cui supplere diximus supra [t] diuinam bonitatem, non autem de validitate simplici & absoluta omniũ pœnitentium, etiam malam fidem aut ignorantiam affectatam habentium.

[t] *Num. 5. huiusce cap.*

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SVMMÆ.

1. *Superiores Regulares possunt tempore Iubilæorum, & extra, approbare idoneos Confessarios pro suis Regularibus vtriusque sexus.*

2. *Tempore Iubilæorum Sacerdoti approbato, per pœnitentes quoscunque facta electione, Papa, etiamsi tunc fortè mortuus esset, iurisdictionem delegat, non autem pœnitens.*

3. *Qui ex licentia Iubilæorum confitetur, non indiget*

alia licentia Episcopi, Abbatis, aut Parochi, atque ideò non tenetur iterum eis confiteri, contrariaque opinio erronea est.

4. Sunt Doctores coarctantes pœnitentes Regulares vtriusque sexus dictorum Iubilæorum temporibus, ad eligendum tantum Confess. sui ordinis non autem alterius, aut sæculares.

5. Contraria opinio sententiaque comprobatur, in Iubilæis tantum, & bullis ad instar Iubilæi omnibus Christi fidelibus concessis, cum facultate eligendi Confessarium Regularem, aut sæcularem approbatum.

6. Exemptus non potest regulariter se subdere alteri sine consensu proprij Superioris: quod tamen fallit hoc in casu electionis Confess. quando à Pontifice conceditur.

7. Ex D. Thoma peccant grauiter Prælati Regulares, qui non facilè concedunt suis, vt non sibi, sed alteri confiteantur: super extraordinarios Confess. Regulares datos ex Concilio monialibus, Episcopi nullam iurisdictionem habent, ex Congrega. Cardinal.

8. Possunt tamen Episcopi ex eadem Congregatione, etiam dare Confessarios Monialibus Regularibus subiectis, quæ nulla ratione induci possunt, vt suis confiteantur.

9. *Ex eadem Congrega. Moniales non tenentur confiteri Confessoribus extraordinarijs, illis ab Episc. aut Prælatis oblatis, id enim relinquitur cuiusque Monialis arbitrio.*

10. *Paulus Papa quintus declarauit express'e in duobus primis suis Iubilæis Regulares potuisse eligere Confessar. alterius Ordinis aut sæculares approbatos.*

11. *Illud ipsum roboratur ex generali declaratione Gregorij Papæ xiij. referente Sacra Congregatione.*

12. *Eadem assertio iterum ex Decio & Nauarro confirmatur.*

1. SVperiores verò Regulares, pro suis Regularibus possunt approbare idoneos Cõfessores, etiam pro tempore Iubilæorum, vt Episcopus potest pro suis subditis directè tàm sæcularibus clericis, aut laicis, quàm regularibus à se dependentibus.

2. Imo verò Sacerdoti sic approbato, facta electione per pœnitentem, Papa (etiamsi tunc fortè mortuus esset) iurisdictionem delegat, non autem pœ-

alia licentia Episcopi, Abbatis, aut Parochi, atque ideò non tenetur iterum eis confiteri, contrariaque opinio erronea est.

4. Sunt Doctores coarctantes pœnitentes Regulares vtriusque sexus dictorum Iubilæorum temporibus, ad eligendum tantum Confess. sui ordinis non autem alterius, aut sæculares.

5. Contraria opinio sententiaque comprobatur, in Iubilæis tantum, & bullis ad instar Iubilæi omnibus Christi fidelibus concessis, cum facultate eligendi Confessarium Regularem, aut sæcularem approbatum.

6. Exemptus non potest regulariter se subdere alteri sine consensu propry Superioris: quod tamen fallit hoc in casu electionis Confess. quando à Pontifice conceditur.

7. Ex D. Thoma peccant grauiter Prælati Regulares, qui non facilè concedunt suis, vt non sibi, sed alteri confiteantur: super extraordinarios Confess. Regulares datos ex Concilio monialibus, Episcopi nullam iurisdictionem habent, ex Congrega. Cardinal.

8. Possunt tamen Episcopi ex eadem Congregatione, etiam dare Confessarios Monialibus Regularibus subiectis, quæ nulla ratione induci possunt, vt suis confiteantur.

9 Ex eadem Congrega. Moniales non tenentur confiteri Confessoribus extraordinarijs, illis ab Episc. aut Prælatis oblatis, id enim relinquitur cuiusque Monialis arbitrio.

10. *Paulus* Papa *quintus declarauit expressè in duobus primis suis Iubilæis Regulares potuisse eligere Confessar. alterius Ordinis aut sæculares approbatos.*

11. *Illud ipsum roboratur ex generali declaratione Gregorij* Papæ *xiij. referente Sacra Congregatione.*

12. *Eadem assertio iterum ex Decio & Nauarro confirmatur.*

1. SVperiores verò Regulares, pro suis Regularibus possunt approbare idoneos Cõfessores, etiam pro tempore Iubilæorum, vt Episcopus potest pro suis subditis directè tàm sæcularibus clericis, aut laicis, quàm regularibus à se dependentibus.

2. Imo verò Sacerdoti sic approbato, facta electione per pœnitentem, Papa (etiamsi tunc fortè mortuus esset) iurisdictionem delegat, non autem pœ-

nitens; idemque iudicium de omni pœnitente regulari vtriusque sexus, habente facultatem eligendi sibi Cõfessorem regularem aut sæcularem à Papa, Episcopo, aut à suo Superiore regulari esse debet.

3. Nec verò per licentias Iubilæorum intendit Papa, vt saluum sit ius Episcopi, Abbatis, Prouincialis aut Parochi, quasi pœnitens egeat noua illius licentia, vt eligat Confessarium; & qui sic confessus est, non tenetur iure communi iterum confiteri Episcopo, aut Prælato, Parocho-vè, ea, quæ sic confessus, & à quibus absolutus est virtute Iubilæi: *Atque oppositum tueri, error est*, sicut confirmari potest ex doctrina Henriquez imò & ex praxi.

Quandoquidem, anno. 1601. eo tẽpore quo Iubilæum (vulgo nuncupatum *Anni sancti*) ex concessione fœl. rec. Clemẽ. Papę VIII. celebrabatur Lutetiæ, visi sint vtriusq; sexus regulares, elegisse pro suo libito Confessores approbatos sæculares, aut alterius Ordinis regulares, absquè suorũ superiorum licentia, præter eam, quæ illis per dictum Iubilæum concedebatur.

4. Nec ignoro quosdam doctores viros graues, contrarium docuisse & docere, coarctantes scilicet pœnitẽtes regulares, etiam dictorum Iubilæorum tempore, ad eligendum Confessarios sui Ordinis tantum & non alterius, aut sæculares, idque asserentes post declarationem Sixti IV. Innocẽtij VIII, Alexandri VI. Iulij II. Leonis X. & quorũdam aliorum, post prænominatos, Pontificum; quia voluerint religiosos aliquorũ Ordinũ, sine Prælatorum suorum licentia, non posse vti concessionibus & facultatibus contentis in bullis Cruciatarum aut similibus (quæ aliàs Confessionalia dicuntur) quia non sit mens dictorum Pontificum, aliquid regularibus & Monialibus concedere, vndè possit collabi Ordinis disciplina; quod sanè contingeret, si regulares vti possent gratijs concessis sæcularibus (vt potè contra regularia statuta) & confiteri quibuscunque sacerdotibus, & absolui à casibus reseruatis suis Superioribus: ac facultatem consequi diebus ieiuniorũ manducare alioqui prohibita.

5. Contrariam tamen affirmati-

uamque opinionem, vt veriorem, amplectitur & cõfirmat Nauarrus,[e] quoad libertatem tantum eligendi, & cõfitendi sacerdotibus sæcularibus ex facultate concessa ad instar Iubilæi omnibus Christi fidelibus: èligendi (inquam) idoneos presbyteros sæculares, vel cuiusuis Ordinis regulares ab Ordinario approbatos, quibus peccata sua confiteantur. Quia prædicta concessio sit generalis; ac consectariè generaliter intelligenda (datur enim facultas cõfitendi regularibus aut sæcularibus) etiamsi aliqua maior ratio inueniatur in vna specie quàm in alia.[f] Quia etiã lex per quã reducimur ad jus antiquum, sit fauorabilis, proindeque amplianda, facilè enim reuertũtur oĩa ad suam pristinam & antiquam naturam, iuxta caput *Ab exordio*.[g]

„ 6. Et licet ex Frederico Senẽsi,[h] „exemptus non possit se subdere al„teri Prælato, sine consensu sui supe„rioris proprij, regulariter, fallit tamẽ „quando se subderet Prælato, cui se„cundum jus antiquum subest, ex quo „quilibet Christianus cuilibet Sacerdoti potuisset confiteri.[i]

e *Lib. 5. Cõs. Cõs. 19. de pœnit. & rem. & de Graffiis lib. 4. cap. 15. n: 13. & 14.*

f *L. 1. § . quod autẽ. de alea lusu, & alea Decius post alios. Cons. 669. n. 3.*

g *Dist. 35.*

h *Consil. 14.*

i *Concil. Trid. de reform. sess. 23.*

„ 7. Deniquè, quia. D. Thomas[k] k In 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 3. quæstiũcula. 4.
„hæc habeat; Peccaret Sacerdos, si „non esset facilis ad præbendam licẽtiam confitendi alteri, quia multi sũt „adeò infirmi, qui potiùs sine confes„sione morerentur, quàm tali aut tali „Sacerdoti confiteri: vndè, illi qui sunt „nimium solliciti, vt subditorum con„scientias norint per confessionem, multis inijciunt damnationis laqueũ, & consequenter sibi ipsis.

Quod quidem attendentes maximè Patres Sacri Concilij,[l] statuêre, vt Superiores monialium (quas hortatur vt singulis mensibus sacram communionem sumant) dent bis, aut ter in anno Confessarios extraordinarios, quibus possint illæ confiteri, *Super quos extraordinarios regulares datos Monialibus ex decreto Concilii, nullam iurisdictionem habent* Episcopi: *& sic censuit* Congregatio *in vna Sulmonensi.*

l sess. 25. cap. 10. de regul.

8. Declarauit tamen in vna Regiensi, ex facultate dicti decreti, E*piscopos posse dare* C*onfessorem* M*onialibus, quæ regularibus subiectæ sint, quæque nulla ratione induci possunt, vt suis regularibus confiteantur sua peccata.*

9. Eadem sacra Congregatio interpretata illa dicti capitis verba *Qui omnium Confessiones audire debeat*, ita loquitur; *arbitrio tamen cuiusque Monialis, si extraordinario voluerit confiteri.*

Quarto Calend. Iulij.

10. Accedit prædictis omnibus S. D. N. Papam Paulum V. qui nunc sedet diutiusque ac fœliciter sedeat, in bulla sui Iubilæi Anno 1605. hac in re omnem dubitandi occasionem, omnem quoque obscuritatem sustulisse per hæc verba: *Nec non eisdem Christi fidelibus vtriusque sexus, tàm laicis quàm Ecclesiasticis sæcularibus, vel etiam cuiusuis Ordinis & Congregationis seu instituti regularibus, concedimus & indulgemus, vt sibi eligere possint quemcunque presbyterũ Confessarium tam sæcularem, quàm cuiusuis ordinis, vel instituti regularem, ex approbatis tamen ab Ordinariis locorum, qui eos ab omnibus excommunicationibus &c. possit absoluere; nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis &c. ac quorumcunque Ordinum & Congregationum siue institutorum regularium iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis & literis*

Hoc ipsũ sua sanctitas iterum præstitit in altero suo Iubilæo anni 1606. & in alio anni. 1608.

Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus atque institutis quomodolibet concessis approbatis, & innouatis.

11. Quod si quis allegare voluerit hanc S. D. N. declarationem, pro illis vicibus tantùm, & non generaliter accipiēdam esse? Ecce Gregoriū XIII. adducimus, qui (vt refert sacra Concilij Congregatio) declarauit, tempore Iubilæorum posse omnes regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus omnibus approbatis ab Ordinario ad audiendas Cōfessiones. *Quia in bulla non fiat mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audire debent Confessiones, non autem de Ordinario pœnitentium*; atque sic censuit Congregatio. Hinc partem istam affirmantem indubiè sequendam (& practicabilem) dicimus, nonobstantibus priuilegijs in contrarium maximè pro Iubilæis aut bullis concessis ad instar Iubilæi, vt loquitur Nauarrus,[m] non autem pro alijs communibus & frequentibus bullis Cruciatarum aut Confessionalium, pro quibus & in quibus meritò negantem partem admittimus.

m *Loco citato.*

12. Sanè idem Nauarrus rursus affirmat, testaturque[n] regulares om-

n *Li. 5 Cōs. Consil. 19. n. 3.*

nes, Iubilæorum tempore posse eligere Confessarium, etiam sæcularem. Quia tùm concessio & facultas confitendi sæcularibus vel regularibus approbatis, sit generalis, proindeque generaliter intelligenda ex Decio & alijs.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SVMMÆ.

1. *Quis sit proprius Sacerdos de iure communi antiquiore Abbatum aut Prælatorum non exemptorum?*

2. *Quia Papa, Legati de latere & Episcopi confessionum excipiendarum muneri rarissimè aut nunquam vacant, ideò concessum iam est, saltem ex consuetudine Abbatibus & Prælatis non exemptis Confessarium eligere.*

3. *Vt plurimum in Ordinibus non Mendicantibus Superiores ipsi, suorum Monachorum Confessiones excipiunt, non autem alij, aut nisi cum eorundem expressa licentia,*

4. *Laudatur honesta Minimorum libertas, apud quos nemo superiori cogitur confiteri, nisi aliquod ex delictis reseruatis admiserit, & quæ illa sint?*

5. *Quis ſit Abbatiſſarum, Monialium-ve proprius Sacerdos & Confeſſor?*

6. *Ex eo, quòd Epiſcopus, aut Abbas, vel Prouincialis dicat alicui ſe illi concedere ſuos caſus, non ideò cenſetur reſeruatos comprehendere, nec directè abſolutionem à cenſuris, aut diſpenſationem à votis aut irregularitatibus.*

7. *Ex communi* Doctorum *opinione, Si ſimpliciter Epiſcopus, Abba, aut Prouincialis concedat omnem ſuam poteſtatem in foro conſcientiæ, per caſus ſic conceſſos abſque alia expreſsione, non cenſentur concedi excommunicationes, quibus non reſeruantur caſus, vota, aut irregularitates.*

8. *Prælati, quibus eſt intentio concedendi omnem ſuam poteſtatem, tam quo ad caſus, quàm quo ad cenſuras & irregularitates, debent explicitè in concesſione exprimere cum caſibus, cenſuras & irregularitates.*

9. *Habens facultatem explicitam à reſeruatis caſibus & cenſuris cum omnimoda poteſtate abſoluendi, non debet tamen abſoluere à caſibus grauioribus, de quibus merito Superior eſſet anteà conſulendus: nec verò poteſt ab illis caſibus abſoluere conceſsis Epiſcopis per cap. Liceat. Seſſ. 24. Concil.* Trident.

10. *Quia dicti cap. Liceat, caſus ſint maximi*

momenti & magis expertis tantum committendi, non censendi sunt concedi, nisi formaliter & expressè exprimantur; licet Episcopus alioqui expressè à sibi reseruatis casibus absoluendi facultatem concesserit.

VErum-enim verò, vt ad id quod paulò superius sumus polliciti, reuertamur; cùm sicut ex prædictis patet, Abbates non exempti, Abbatissæ aut Moniales, nequeant sibi pro libito Confessores eligere, videndum est iam, quisnam dictorum Abbatum, Monachorum, Abbatissarum, Monialium-vè sit proprius Sacerdos; hoc est Ordinarius actu iurisdictionem habens, ait Nauarrus,[a] cui legitimè possint ac debeant sua peccata confiteri?

a In can. Placuit de pœn. d. 6. n. 137.

1. Proprius igitur Sacerdos huiusmodi Abbatum seu Prælatorum, est Episcopus quando ei immediatè subsunt; si verò Summo Pontifici, aut Generali, aut Prouinciali alicui, qui eis immediatè præsit, eorum Confessor ritè censetur, & Legati Sanctæ Sedis, vt-potè, qui eorum sunt Pastores.

2. At quia hos rarò habent, vel or.

dinariè impeditos, vt & Epiſcopos ipſos, qui non ſolent huic muneri perſonaliter vacare, ideò Monachis ſimplicibus, Abbati, aut Priori Clauſtrali, alijſuè ſacerdotibus præſcriptis & deputatis conceditur confiteri: Abbatibus verò, vt & Prioribus, ob eandem rationem Confeſſarium eligere permittitur.

3. Vt plurimum in ordinibus non Mēdicantibus, aut Abbates, aut Priores clauſtrales per ſe, ſuorum Monachorum Confeſſiones excipiunt, & eos abſoluunt; quia ſcilicet Generales Prælatorum exhortationes, ſi quas faciunt, non ſic vniuſcuiuſque cōſcientiam pungant, ſicut particulares in Confeſſione, pro morborum qualitate confectæ atquè attemperatæ.

4. At laudanda haud dubiè honeſta illa eorum ordinum libertas, *qualis eſt inter Minimos*, vt ſcilicet nemo teneatur Superioribus confiteri, niſi aliquod ex tribus tantùm reſeruatis delictis commiſerit; hoc eſt deliquerit contra tria vota, Obedientiæ, Caſtitatis, Paupertatis, & apud dictos Minimos Quadrageſimalis vitæ: tūc

(inquam) tantum tenentur superiori aut alteri, qui in quolibet Conuentu cum Correctore Locali pro reseruatis deputatur à Prouinciali, confiteri; at de non reseruatis, conceditur omni tempore vt à quolibet de Monasterio pro Confessore designato à Prælato, quilibet possit absolui.

Quis sit proprius Abbatissarũ & Monialium Confessor.

5. *Proprius Abbatissarum & Monialium Sacerdos & Confessor*, est Generalis, aut Prouincialis, aut Abbas sui ordinis vicinior, si Generalem, Prouincialem, aut Abbatem habeant superiorem.

Quod si immediatè Papæ subijciãtur, nullumque Generalem, Prouincialem, aut Abbatem habeant Superiorem, aut moderatorem (alij dicunt Patrem spiritualem) tum Summus Pontifex, Legatus à latere, vel Episcopus (vt delegatus Apostolicus, non autem vt Ordinarius aut diæcesanus) dictarum Abbatissarum, & Monialium est verus propriusque Confessor, & illis tenetur de Confessoribus Ordinarijs & extraordinarijs iuxta Trident.[h] prouidere.

[h] *Sess. 25. c. 10.*

Si verò dicti superiores, Abbatis-

ſis Monialibuſ-ve conceſſerint facultatem ſibi eligendi quoties voluerint Confeſſorem regularem, vel ſæcularem; aut ſi illis eoſdem ſacerdotes præbendatos in ſuis Monaſterijs (de quibus ſupra tractauimus)[c] permittant, tùm illas audire & abſoluere poſſunt, aliàs non; nec tamen à reſeruatis, niſi reſeruata explicitè in ſuperioris delegatione aut conceſſione exprimantur & concedantur.

[c] Cap. n. I.

6. Perſpicuum eſt enim, quòd ſi Papa, Epiſcopus, Generalis, Prouincialis, aut Abbas, Confeſſario aut pœnitenti tantùm dicat ſe committere iuriſdictionem, licentiam, vel ſuas vices, per hoc non concedit caſus ſibi reſeruatos, nec directè abſolutionem à cenſuris, vel diſpenſationem in votis aut irregularitatibus, niſi aliter clarè & probabiliter admodum de ſua intentione conſtaret.

Si enim Epiſcopus, conſectarieque Abbas, committat Confeſſario omnes ſuos caſus, vel omnes ſuas vices pro conſcientiæ foro, ſatis eſt, vt quibuſcunque verbis intentionem

explicet. V. G. Si dicat: Concedimus omnia, quæ per nos possumus; vel omnes casus nostros; vel omnem nostram potestatem (vt solent in ordine Minimorum Prouinciales in annuis suis assignationibus conuentualibus, alicui idoneo cum Correctore locali) vel omnes nostros casus & facultates. Sic enim communis consuetudo est attendenda, vt per hoc casus intelligantur concessi: vel dum concedit omnem suam facultatem, vno excepto casu, censetur reliquos reseruatos concedere; quia: *Exceptio firmat regulam in contrarium in iis, quæ sunt eiusdem generis.*

7. At si nulla facta exceptione dicat: concedo omnem meam facultatem, auctoritatem, aut potestatem in foro conscientiæ, vel ad audiendas confessiones, & absoluendum auditos pœnitentes, tùm per casus pro absolutione concessos non intelliguntur cōcedi excommunicationes illę, quibus non reseruantur casus, nec votorum & irregularitatum dispensationes: & hæc est communis. DD. opinio, S. Anthonini [d] Syluestri, [e] Armillæ,

d 3. Part. tit. 25 cap. 77. & tit. 17. cap. 11.
e Verb. Confessor. 3. § 6.

læ, [f] Tabienæ, [g] Angeli, [h] Nauarri, [i] Henriquez. [k] Vndè tritum illud & vulgare, *Nomine casuum non comprehendi aut intelligi censuras*; quia inter se differant maximè; sintque varij casus Episcopis & Prælatis sine excommu-

[f] Verb. Casus §. 1.
[g] Verb. Abbas. n. 5.
[h] Eodem verbo § 8. & verb. Confess. 3 §. 18.
[i] Cap. 27. n. 255. §. 6. & 7.
[k] Lib. 7. cap. 16.

„nicatione reseruati, non autem Pa-„pæ: Casus etenim Papæ reseruati, ita „semper excommunicationi sunt cō-„iuncti, vt sublata excommunicatio-„ne iam non Papales habeantur, imò „nec Episcopales, si Papæ & Episcopo simul cōtingat eosdem reseruari. Vndè quando Papa concedit simpliciter suos casus, haud dubiè & excommunicationes censetur concedere.

8. Corrigenda itaque inferiorum Prælatorum praxis videtur, qua intēdentes concedere omnem suam potestatem, censuras non solent exprimere, quod (vt ex dictis patet) alioqui est necessarium.

9. Imo verò, etsi facultas explicitè casus reseruatos & censuras cum omnimoda potestate concedat, non debet tamē sic delegatus ab illis exorbitantibus absoluere, de quibus Prælatus superior (sine aliquo confitentis

ſcandalo aut ſigilli jactura) eſſet meritò conſulendus. Nec poteſt, nec verò debet idem delegatus abſoluere ab alijs caſibus, cenſuris, aut pœnis reſeruatis Summo Pontifici, conceſſis autem Prçlatis inferioribus regularibus, aut ſæcularibus, exemptis & poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentibus in ſuos ſuaſque per Sacrum Concil. Trid. x *Quæ enim à iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.* *

x Seſſ. 24. cap. 6.
* De regul. iur. lib. 6.

10. Cumq; ſint illi maximi momenti, atq; ideò paſſim aut leuiter nõ omnibus concedendi, ſed tantùm viris doctis, probis & magis expertis, etiã ſi Epiſcopi & præfati regulares poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentes, interdum poſſint illos concedere, non ſunt cenſendi tamen id intendere, niſi formaliter & ſpecificè exprimant, aut quando id neceſſarium contigerit, & non generaliter, licet expreſsè facultatem à ſibi reſeruatis abſoluendi largiantur.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMÆ.

1. *Comprobantur ex Sacro Concilio quæ dicta sunt priori capite, numeris 9. & 10. & quid possint Episcopi ex capite Liceat Sess. 24.*

2. *In illo capite Liceat, ex Henriquez, Concil. restituit Episcopis iurisdictionem olim illis sublatam.*

3. *Particula eiusdem capitis Liceat* Casibus occultis *ex Congregatione Cardinal. intelligenda secundum terminos Iuris communis.*

4. *Tripliciter aliquid Occultum dicitur.*

5. *In casu coram multis facto, si illi nesciant propter illum incurri censuram, tanquam in delicto occulto, poterit Episcopus dispensare.*

6. *In dubio, An quis censuram incurrerit, potest indubie Episcopus dispensare.*

7. *Occultum distinguitur contra publicum: quid sit Publicum, Notorium, Manifestum & Famosum?*

8. *Notorium duplex: nimirum* Iuris *& Fa-*

cti; & quid sit vtrumque?

9 Ex prædictis ostenditur, quinam propriè casus occulti reseruati Papæ aut Episcopis, siue alijs Prelatis, sint intelligendi?

10. Occultum rursus ex Iacobo de Graffiis describitur.

11. Concluditur, nomine casuum occultorum Papalium, Episcopalium &c. eos intelligendos esse, qui non sunt publici, famosi, notorij, vt dictum est n. 7. sed qui à paucis (vt à quinque) sciuntur.

12. Facultas capitis Liceat ex Nauarro, comprehendit nedum Casus Bullæ Cœnæ, sed etiam omnes alios Pontifici reseruatos per motus proprios & alias constitutiones promulgatas, etiam post Concil. specialiter vero contra Receptores Bannitorum; illis tamen constitutionibus exceptis, in quibus derogaretur sufficienter dicto decreto Concilij.

13. Facultas absoluendi quæ datur in Iubilæis, extenditur etiam ad peccata futura; hoc est, contingentia post Bullam datam, vsque ad vltimum diem temporis in eo præscripti, & id inclusiuè.

14. Reus alicuius casus Bullæ Cœnæ, si longè distet ægrotus, aut Monialis inclusa, causa cognita & qualitate personæ, absens potest ab Episcopo ab excommunicatione seu reseruatione absolui.

15. *Abſolutio ab excommunicatione validè poteſt conferri abſenti, non ſolum per procuratorem & per literas, ſed & abſque eis in abſentia, quo ad animæ forum.*

16. *Abſolutio autem abſenti per literas, à peccatis dari nec poteſt nec verò debet, vt tandem definiuit Clemens Papa Octauus, contrariamque damnauit omnino opinionem.*

17. *Poteſt & Epiſcopus, cùm caſus Bullæ occurrunt ex facultate cap. Liceat, pleniorem cauſæ cognitionem committere prudenti Confeſſario, aut ad id ſpeciali Vicario: nec poteſt talia Generali Vicario generaliter committere, & Quare?*

18. *Caſus Papales conceſſi Epiſcopis per Concil. non ideo cenſendi ſunt Epiſcopales, quare nihil in illis poſſunt regulares aut Presbyteri ſæculares habentes ex priuilegio aut ex delegatione caſus Epiſcopales: quod maximè & diligenter eſt obſeruandum.*

19. *Quibus in regionibus non eſt receptum Concil. Trident. ex Congregat. Cardinal. Epiſcopi vti non poſſunt facultate cap. Liceat. Vbi verò receptum eſt, ex eadem Congrega. poſſunt lapſis in aliquod delictum S. Sedi Apoſtol. reſeruatum deputare proprium Confeſſarium cum eadem auctoritate, quam ex dicto cap. Liceat habent, etiam ſi Romæ eſſent & extra diæceſim.*

20. *Eadem Congregatio declarauit rursus, Episcopum posse à dictis casibus absoluere, & per Vicarium, & per delinquentis Confessarium pro similibus specialiter deputatum.*

21. *Qui occasione casuum Papæ reseruatorum occultorum, ad forum externum fuerunt prouocati, & in eo inquisiti, sed quia delictum probatum non fuerit, dimissi fuere cum promissione se repræsentandi, non possunt ab Episcopis absolui, & quare?*

22. *Forenses possunt absolui ab Episcopis virtute cap. Liceat in foro poli, non autem dispensari.*

23. *Medici, Prætores, & similes exteri, qui tamen habitant in ciuitate, comprehenduntur decreto cap. Liceat, & quomodo?*

1. QVÆ præcedenti capite asserta sunt de limitata delegatorum potestate, luculentius verificantur ex dicto Sacro Concilio, quod ita habet: [a] *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi*

a Loco citato.

Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos, in sua diæcesi per seipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ absoluere &c.

2. Hoc sanè loco, Concilium cōcedit ac restituit Episcopis iurisdictionem olim sublatam, quam habēt iure communi aut Diuino secūdum quosdam (quibus non subscribit Suarez, sed subordinatam & restringibilem, vt aiunt, à Papa) nedum quo-ad casus reseruatos Papæ extra bullam Cœnæ, sed etiam quo-ad contentos in dicta bulla Cœnæ, si occulti omnes illi sint, nec in iudicium deducti.

3. Quod in vna Valentina, Sacra Congregatio Cardinalium interprætata, voluit hanc particulam *Casibus occultis* intelligendam secundum terminos iuris.

4. At verò ex præscripto Iuris, & Iurisperitorum doctrina, aliquid OCCVLTVM dicitur tripliciter. *Occultum quid sit.*

Primò, illud quod non est sua natura probabile; quia, vt tale, non cadit sub cognitionem hominis; eiusmodi sunt cogitationes hominum, de quibus nec Ecclesia iudicat.

Secundò, id, quod sua quidem natura est probabile, probari tamen non potest, quia nemo illius notitiam habeat; vt pote, coram nemine factum.

Tertiò, illud dicitur Occultum, quod probari quidem potest, quia notum, sed tàm paucis, quod neque est vulgare, neque in iudicium deductũ. Huius generis, *Penè Occultum* vocauére Doctores; siue Occultum non notorium; quale etsi probari possit per multos testes, diuulgatum tamen non est. *Vt autem tale sit, oportet non solum factum esse publicum, sed publicè scire quod ipsummet factum sit delictum.*

5. Imò si multi sciant id factum, esse delictum, & videant fieri, sed nesciant censuram ob id incurri, poterit sanè in ea dispensari.

6. Indeq; colligitur, quod si dubitetur: An quis cẽsuram incurrerit & super ea dispensari possit? quod intrepidè tum id valeat Episcopus teste Emanuele Sa. Quod tamen intelligendum puto, de homicidio & alijs delictis censuras annexas habentibus, alioqui nulla esset aliorum casuum Episcopis, aut Prælatis reseruatio. Oc-

Videas hoc loco Eman. Sa.

cultorum nempe cùm sint varij casus reseruati Episcopis, & alijs, absque cẽsuris, hinc meritò hanc occulti descriptionem affert pręfatus Auctor,[b] agẽs de potestate concessa Episcopis super casibus & delictis Papæ reseruatis, at nullum illi absque censura reseruatur.

[b] *Verbo Episcopus.*

Et quia occultum distinguitur contra publicum, vt clariùs ea inter se dignoscantur, dicimus.

Occultũ distinguitur contra publicum.

7. Publicum aliquid tripliciter etiã dici, nimirũ *Notorium*, *Manifestum*, & *Famosum*: *Notoriũ* illud est quod scitur à majori parte alicuius Viciniæ, Pagi, Ciuitatis, aut Congregationis.

Publicũ quid & quotuplex.

Quid Notorium.

Manifestum, quod nititur fama majoris partis, alicuius prædictarum Cõgregationum, orta à scientibus. *Famosum*, quod similiter nititur fama „maioris partis, orta ab vno sciente, ac „(mea quidem sententia) non vulga„ri, loquaci, aut temerario; sed omni „exceptione majore, & cui meritò in „omnibus fides & credulitas sit adhi„benda; vel ex indicijs & præsum„ptionibus, non quibuslibet, sed (vt

Quid Manifestum.

Quid Famosum.

Subdiuisio Notorij. aiunt) maturè concludentibus; quippè cùm, non ex omnibus facta præsumpta (prius & postea narrata) iure concludi possint.

8. Subdiuiditur itē Publicū siuè Notorium, in *Notorium iuris*, quod scilicet in iudicio confessum est, aut Iuridicè per testes legitimos conuictum & cōdemnatum fuit: & *in Notorium facti*, quod ita clarè, apertè & publicè factū est, vt nulla tergiuersatione possit celari, excusari, aut iustificari.

Quid Notorium iuris.

Quid Notorium facti.

9. His positis, notandū, per casus occultos Sedi Apostolicæ reseruatos vigore capitis *Liceat* Episcoporum concessos iurisdictioni, non intelligendos eos, qui primo modo dicuntur occulti, sed tantùm eos, qui secundo & tertio modo, vt aptè colligitur ex Nauarro,[c] quem sequutus est Chappeauille.[d]

c Cap. 27. n. 255.
d *De casibus reseruatis.*

10. Occultum præterea vult intelligendum de Graffijs[e] id, quod processit quidem in actum; tamen nondum publicum est, etsi probabile per paucos testes, duos aut tres, vel etiam quinque antequam iudicialiter sit discussum; *Illud enim dicitur secre-*

e *Lib. 4. cap. 15. n. 75. 1. part.*

tum, quod coram quinque factum eſt. [f]

10. Occulti ergò caſus Papales, aut Epiſcopales, aliorum-vè Prælatorum regularium illi intelligendi ſunt, qui non ſunt publici, notorij aut famoſi, ſicuti depinximus, ſed qui à paucis (vt tantum à quinque) ſciuntur, poſſuntque aliqua tergiuerſatione celari.

Cui interpretationi conformis eſt ratio. Quia quod occulti caſus reſeruati Sanctæ Sedi, Epiſcopis aut alijs permittantur, non autem publici, hoc ideò fieri videtur, vt obuietur ſcandalis publicis, quibus ſatis proſpicitur reſeruando Sūmo Pontifici caſus quoſ-„dam grauiores, permittendo illos a-„lios Epiſcopis, qui licet cognoſcan-„tur & probari poſſint, non tamen per „multos, ſic vt indè magnum ſcandalum naſci poſſit.

12. Profectò Nauarrus, [g] expreſſè „ſub capite *Liceat* Sacri Concilij, ne-„dum caſus Bullæ Cœnæ, ſed & om-„nes alios Papæ reſeruatos per Motus „proprios & alias conſtitutiones pro-„mulgatas, etiam poſt ipſum Conci-„lium, ſpecialiter verò per Cōſtitutio-„nem contra receptores bannitorum

[f] *De pœnit. d. 5. Can. Quis aliquādò §. hac ergo ſecreta. gloſſ. ſingul. in ca. manifeſta. 2. q. 1.*

[g] *Lib. 5. Cōſil. Conſil. 43. de ſent. excommunicat.*

,,in Italia publicatam anno. 1580. cō-
,,prehendit, illis duntaxat reseruatis
,,exceptis cum clausula derogatoria,
,,per quam sufficienter derogaretur
,,præfato Concilio. Quia Concilium
,,det præfatam licentiam & iurisdi-
,,ctionem generaliter, non distinguē-
,,do inter reseruationes prętéritas aut
,,futuras, proindeq; sit generaliter in-
,,terprætanda & capienda.

13. Quia etiam facultas absoluendi,
,,quæ datur in Iubilæis, extendatur
,,etiam ad peccata futura, intellige cō-
,,tingentia post bullam datam, & in-
,,clusiuè vsque ad tempus in ea con-
,,cessum & limitatum.

Quod autem sit extendenda facultas
dicti capitis etiam ad casus bullæ Cœ-
næ, ex eo probat; quia limitet eam
quo-ad hæresim, quæ est vnus casus
processus Cœnæ; sed hoc non conue-
,,niebat (ait Nauar.) nisi ad casus alios
,,præfatæ bullæ extenderetur fa-
cultas.

Affirmat item Constitutionem con-
,,tra receptores bannitorum, non cō-
,,tinere clausulam derogatoriam præ-
,,fato capiti *Liceat*; & eidem subscribit

Epiſcopus Minorenſis cum Henriquez & Suarez viris doctiſſimis grauiſſimiſque.

14. Quare, ſi reus in occultum caſum bullæ inciderit, & cum longè diſtet ægrotus, aut Monialis incluſa, nō poſſit Epiſcopum adire, poſſet tum Epiſcopus, cauſa & qualitate perſonæ cognita, abſentem abſoluere ab excommunicatione ſeu reſeruatione.

15. Quia abſolutio ab excommu-„nicatione validè conferri poſſit ab-„ſenti; [h] non ſolum per Procurato-„rem, ſed & per literas; & nec ſolum „per Procuratorem & literas, ſed „etiam in abſentia quo ad forum ani-„mæ; non autem à peccatis.

16. Quando quidem, die 20. Iu-„nij 1602. in generali Congregatio-„ne Sanctæ Romanæ & vniuerſalis „Inquiſitionis habita in Palatio Apo-„ſtolico in monte Quirinali coram „fœlicis memoriæ Clemente, diuina „prouidentia Papa Octauo, propoſi-„ta quæſtione: Vtrum liceat per lite-„ras ſeu internuntium, Confeſſario „abſenti peccata ſacramentaliter con-„fiteri, & ab eodem abſente abſolu-

h Henriquez lib 6. cap. 14 Epiſcop. Minor. part. 2. prax Epiſcop ex Paul. Rom. Caiet. Nau. Sylu. & de Graff. 2. par. lib. 2. cap. 10 n 10 vbi habet abſētem etiam abſolui poſſe à ſententia interdicti & ſuſp. ex Innoc in cap. Cùm deſidere. de ſent. excom.

„tionem obtinere? Sanctissimus D.
„Clemens VIII. auditis votis PP.
„Theologorum, & re cum Illustrissi-
„mis ac Reuerendiss. DD. Cardinal.
„contra hæreticam prauitatem Gene-
„ralibus Inquisitoribus maturè & dili-
„genter considerata, hanc propositio-
„nem, scilicet, *Licere per literas seu inter-
„nuntium Confessario absenti peccata Sa-
„cramentaliter confiteri, & ab eodem ab-
„sente absolutionem obtinere ad minus vt
„falsam, temerariam, & scandalosam dam-
nauit ac prohibuit.*

Præcepitq; ne deinceps talis proposi-
„tio publicè, priuatimq; in lectionibus
„concionibus, & congressibus doce-
„retur, ne-ve vnquam tãquam aliquo
„casu probabilis defenderetur, impri-
„meretur, aut ad praxim quouis mo-
„do deduceretur; quod si quis eam
„docuerit, defenderit, imprimi fece-
„rit, de ea etiam disputatiuè tractaue-
rit (nisi forsan impugnando) vel ad
„praxim directè aut indirectè dedu-
„xerit, præter excommunicationem
„latæ sententię quam ipso facto incur-
„rat, & à qua non possit (prӕterquam
„in mortis articulo) à quoquam qua-

„cunque dignitate fulgente, etiam „Sanctæ Rom. Eccleſ. Pœnitentiario „Maiori, niſi à Rom. Pontif. pro tem„pore exiſtente abſolui, alijs etiam „pœnis pro arbitrio infligendis ſubjaceat.

In qua declaratione, cũ de peccatis, „non autem de cenſuris agatur, ſuper„eſſe videtur, vt excõmunicatus, aut „habens caſus Papæ reſeruatos, validè „ab excommunicatione aut reſeruatione abſens (vt diximus) poſſit abſolui, & ſic multi Theologi, multiq; Iuriſperiti ſuper hoc conſulti aſſeruêre, inter quos Henriquez. *1. Lib. 6. cap. 14. art. pro caſibus bullæ cœnæ.*

17. Aut ſaltem Epiſcopus & quiuis „alius habens facultatem capitis *Li„ceat* ordinariam, pleniorem cauſæ co„gnitionem commitere poteſt prudenti Confeſſario, *Aut Vicario ad id ſpecialiter deputato, Generali enim Vicario non poteſt Epiſcopus id generaliter committere*: quia in eo, quod ſibi iure ſpeciali cõceditur, eligitur induſtria perſonæ.

18. Vndè licet in his Epiſcopus habeat ordinariam iuriſdictionem, ſpeciali tamen iure ob perſonæ auctoritatem poſt indultum ſiue ſtatutum

Concilij, sicut habebat olim antequã „sibi Papa reseruaret, *iam non censentur* „*propriè casus illi Episcopales* (ait Henriquez.)

Quare nihil in illis possunt Regula- „res aut Presbyteri sæculares, quibus „ex priuilegio, aut ex delegatione si- „ue concessione conceduntur casus „Episcopales, aut Abbatum siue alio- „rum Prælatorum regularium exem- „ptorum, quibus forsan eadem iu- risdictio in suos suasque concessa est, „quæ Episcopis ipsis à Papa conce- „ditur.

19. Reperio quippe Sacram Congregationem Cardinalium Concilij Interpretum censuisse: *Quod Episcopi illarum regionum, in quibus Tridentinum adhuc non est receptum, potestate concessa per dictum caput Liceat vti non possint.*

Vbi verò receptum est, eadem Cõgregatio consulta: *An Episcopus, lapso in aliquod delictum Sanctæ Sedi reseruatum, (de quo aut similibus fit mentio in dicto decreto Concilij)* [k] *possit ad illum absoluendum Confessarium ipsius concedere & deputare cum eadem auctoritate quam ex dicto capite potest in alios sibi subditos? Respondit*

k Cap. liceat.

pondit Licere; *etiamſi Epiſcopus Romæ eſſet, & ſic extra diæceſim.*

20. Et in vna Cæſaraugustana, eadem *Cenſuit*: *Epiſcopum poſſe abſoluere & per Vicarium, & per Confeſſorem pro ſimilibus caſibus deputatum.*

21. Eadem inſuper cenſuit de illis, *qui occaſione dictorum delictorum occultorum, Papæ reſeruatorum (de quibus intelligitur idem caput Liceat) fuerunt inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, rei ipſi non fuerint quidem abſoluti diffinitiuè, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi recepta promiſſione de ſe repræſentando, non poſſe huiuſmodi vti dicti capitis Liceat beneficio; Quia in eo ſcriptum ſit exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, Sicque ſufficit ſola deductio, quicquid inde ſequatur.*

Epiſcopi etiã per pœnitentiũ. Cõfeſſarios poſſunt pœnitentes ſubditos à caſibus Papalibus abſoluere, & per Vicarium, etiã extra diæceſim.

De Forenſibus autem qui habent domum & commorantur in ciuitate vel diæceſi, cùm ibidem Sacramenta Eccleſiaſtica percipere teneantur.

22. *Gregorius xiij. audita relatione Cõgregationis declarauit: poſſe per* Epiſcopũ *abſolui à caſibus de quibus in eodẽ decreto agitur, in cuius diæceſi vel ciuitate dicti Forẽſes cõmorantur: idque in Sacramento pœnitentiæ tantùm, ſed non cum eiſdem diſpenſare.*

Forẽſes poſſunt abſolui ab Epiſc. virtute capitis Liceat in foro poli, non autẽ diſpẽſari.

HEnricus Henriquez ad quæstionem, Quomodo à casibus Papæ, absolutio fiat per Episcopum, aut alium per bullam aut Iubilæum? Respondet, à casibus etiam publicis Papæ reseruatis, etiam in bulla Cœnæ, absoluere Episcopum iure communi reos impeditos adire Pontificem, sicut Episcopo iure cōceditur absoluere impeditum, qui grauiter læsit seu percussit clericum; cùm non minor in alijs Papæ reseruatis, quàm in hoc ratio militet: nec Pontificem per nouam & generalem reseruationem in bulla Cœnæ, intendere auferre id, quod priori iure speciali Episcopis conceditur per Trid. capite dicto *Liceat*.

Idipsum posse etiam Capitulum sede vacante, quippe quod, Episcopo iure communi succedat in omni iurisdictione, præterquā in paucis iure expressis & exceptis; neque enim potest dare reuerendas aut dimissorias, nisi prout in eodem Concil. Tridentino statuitur,[a] nec indulgentias: nec conferre beneficia quando pendent ex Episcopi gratia.

[a] *Sess. 7. cap.* 10.

In caput tamen illud talia prohibẽs, ſacra Congregatio declarauit; *Quòd Vicarius capituli ſede vacante infra annum poteſt concedere dimiſſorias ad primam Tõſuram ei, qui eſt à Patronis præſentatus ad beneficium Eccleſiaſticum, quod ſit iuriſpatronatus ipſorum, vt illud ſcilicet obtinere valeat.*

Poſſe item Capitulum ſede *vacante, concedere licentiam extero Epiſcopo, exercendi Pontificalia in ſuis Eccleſiis, & Ordines conferendi tàm clericis illius Diæceſis iuxta formam dicti decreti,*[b] *quàm exteris habentibus literas dimiſſorias à ſuis Epiſcopis.*

b Ibidem.

Cenſuitque eadem Congregatio, *hoc ipſũ caput non procedere in inſignito ſolum charactere primæ Tonſuræ; promotoſque contra illius formam ad minores Ordines, in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare, & beneficia obtinere poſſe, non autem priuilegiis clericis conceſsis gaudere.* Quod ſanè ſatis ex textu dicti capitis planum & euidens eſt.

2. Et quamuis hanc eandem facultatem abſoluendi *à caſibus Papæ reſeruatis publicis*, quidam negent eſſe extẽdendam ad Abbates magnos exem-

ptos, quasi habeant iurisdictionem ex priuilegio, non ex iure, quæ proindè restringenda sit ad ea, quæ expressè sibi sunt cõcessa, intrepidè tamen idem ius quod Episcopis hac in parte illis tribuendum est ex praxi, cum ratione & sapientum auctoritate.

Quia, dum Papa creat Abbatem „omnino exemptũ, aut cùm aliquem „Ordinem Regularem & Prælatos „eiusdem omnino eximit à iurisdi„ctione Episcoporum (vt Generales „& Prouinciales Ordinum Mendi„cantium) consectariè illis concedere „videtur omnem iurisdictionẽ Epis„copalem, in suos suasque, nec magis „ab illis appellatur ad Episcopum, quàm ab Episcopo ad Metropolitanum. Sicque Abbates & Prælati Regulares exempti, si non iure communi, saltem ex priuilegio, aut ex vtroque dispensant in votis, vt Episcopi, iure communi, & in quibusdam irregularitatibus ex delicto.

Nec minus habet Abbas exemptus, quàm Capitulum sede vacante, quod succedit in omni iurisdictione Episcopi,[c] vt dictum est, vt per Vica-

[c] *Armilla & syluest. verb. Abbas § 2, Henriquez post eos lib. 7. cap. 16.*

rium sacerdotem à reseruatis casibus absoluat & dispenset.

Innocētius IV. Prædicatorum Magistris, Generalibus, Prouincialibus, & Prioribus, concessit potestatem absoluendi suos in casibus, in quibus excōmunicationis sententiam, & irregularitatis notam incurrunt, secundum formam Archiepiscopis & Episcopis traditam ab Apostolica Sede, nisi adeò grauis & enormis esset excessus, qui meritò ad Sedem Apostolicam remitteretur.

Pyrrhus etiam Archiepiscopus Cōsentinus, post omnimodā exemptionem à sua iurisdictione, nascenti Ordini Minimorum, concessit eiusque Institutori seu Fundatori B. Francisco de Paula & omnibus Successoribus, omnimodam iurisdictionem Ordinariam in spiritualibus & temporalibus in suos, & eosdem absoluendi, & generaliter & specialiter omnia præstandi, quæ ipsemet præstare posset in sibi subditos.

Quod quidem priuilegium, à Sixto IV. & Successoribus Pontificibus cōfirmatum & extensum ad omnes Pro-

uincias, & Prouinciarum Conuentus & Domus, eiuſdemque Ordinis Prælatos fuit.

Declarauit inſuper Iulius Papa II. anno Domini. 1571. die 21. Iulij Pontificatus ſui anno. 6. eoſdem omnes dicti Ordinis Prælatos, abſoluere poſſe & diſpenſare in ſuos fratres ſicut Epiſcopus in clericos. Quid autem hoc aliud eſt, quàm illis iuriſdictionem & poteſtatem Epiſcopalem in ſuos clarè & apertè concedere?

Indè (ni fallor) occaſionem ſumpſit [d] Sapientiſſimus Doctiſſimuſq; Pater Ioannes Canart, in eodem Ordine Profeſſus, & Sorbonicus Doctor (cuius memoria mihi ſemper honoranda ſuſpiciendaque, vt potè, ſub cuius ferula ſciẽtijs Metaphyſicis & Theologiæ nauarim) remittendi dictos noſtri Ordinis Prælatos quo ad auctoritatem quaſi Epiſcopalem, illis vt dixi, conceſſam, ad caput *Liceat* [e] Concilij Tridentini, ex eo colligens illos ea omnia poſſe in ſuos ſuaſque, quod Epiſcopi ipſi poſſunt in ſuos ſubditos ex huiuſmodi decreto.

Quæ quidem extenſio, ex eo po-

d *In compendio priuileg. Minimorũ.*

e 6. *Seſſ.* 24.

„test confirmari, quod Prælati exem-
„pti,& habentes iurisdictionem quasi
„Episcopalem, possint regulariter fa-
„cere omnia,quæ possunt in sua Diæ-
„cesi Episcopi, circa ea quæ sunt iu-
„risdictionis, vt expressè docet Na-
uarrus.[f]

Non possunt autem cognoscere &
„definire de hæresi, nisi priuilegium
„speciale ad id à Sancta Sede habeant,
vt idem tradit.[g]

Thomas tamen Treuisanus iuris v-
triusque Doctor,testatur* libello De
modo & ordine procedendi crimina-
liter inter regulares Cap. 4. num. 3.
Prælatos Regulares,etiam Mendican-
tes,inter suos subditos de quocunque
delicto etiam hæreseos,si ab inquisito-
ribus,vbi viget inquisitio,non fuerint
præuenti,audire & cognoscere posse.
Idque ex constitutione. 67. Pij Papæ
iiij quæ incipit *Pastoris* &c. 1. Aprilis
1562.Pontif.anno. 3.

Tùm etiam,quia Minimorum om-
nia & singula priuilegia, confirmata
sint à Summis Pontificibus Gregorio
XIII.& XIV.Et Clemente VIII.cum
clausula *Quatenus sint vsu, & sacri Con-*

f *Lib. 4. Cõsil. tit. de spõs. Consil. 5. in fine.*

g *Lib. 5. Cõsil Consil. 10. de hæreticis per totum.*

* *Hoc sane priuilegium Prælatorum Regularium reuocauit Paulus V. Pontif. an.* 1606. *Cal. Septem: vt inferius patebit latius*

cilij Tridentini decretis non aduersentur. Cui adiunxit Clemens VIII. *Et quatenus non sunt reuocata, seu sub aliquibus reseruationibus comprehensa*: at nulla videtur conuincens ratio, quod extendere auctoritatem Episcopis concessam per caput *Liceat*, aduersetur eidem decreto Concilij.

3. Obijciet fortè aliquis in hanc assertionem, Congregationem Illustriss. Cardinalium declarasse expressè *In decreto dicti capitis non comprehendi inferiores, habentes iurisdictionem Ordinariam & quasi Episcopalem, sed solos* Episco*pos priuatiuè contra omnes alios, vt etiam excludantur Prælati Regulares*. Haberi insuper apud Nauarrum,[h] casum, quo Prælatus cuiusdam religionis supplicauit Sanctissimo, vt concederet ei & alijs suæ religionis Superioribus, facultatem dispensandi super irregularitate occulta cum suis Religiosis, sicut possunt Episcopi cum suis subditis vigore Tridentini, Papamque facultatem concessisse, ea lege, vt expeditio fieret, non per breue, vt petebatur, sed per bullam; ergò Prælati regulares nō habent hanc facultatem.

[h] *Lib. 5. Cōsilior. titulo. de priuilegijs Cons. 6.*

His verò obiectionibus quàm facilis sit respõsio, videbitur, si obseruemus Nauarrum scribere, non Prælatos sed Prælatum; aut si Prælatos, non tamen omnium Ordinum Regulariũ, sed cuiusdam religionis tantùm pro dicta facultate supplicasse, vt pote non exemptæ; quod si exempta erat, speciale priuilegium pro desiderata facultate non habebat à S. Sede. Hinc liquet quanta cum ratione videatur dici posse Superiorem Congregationis declarationem, non de omnibus Prælatis, etiam regularibus exemptis, & potestatem quasi Episcopalem habentibus, sed de ijs tantùm, qui speciale priuilegium Apostolicum tale, quale habent Episcopi, non haberent, esse intelligendam. Quod ne à me temerariè dictum iudicetur, ex eo facilè fulcietur, quod iam alio loco diximus; nimirum, sanctissimæ memoriæ Pium „Papam V. qui nihil magis respirare „videbatur quàm Sacri Concilij Tri„dentini publicationem, receptionẽ, „& vbique terrarum obseruantiam, „ne fratres Prædicatores, deterioris „conditionis quàm clerici aut sæ-

„culares essent, eisdem in Hispania „*& vbilibet* concessisse, vt per suos „Priores in foro animæ seu conscien- „tiæ, possent ab omnibus peccatis ab- „solui, & dispensari in irregularitati- „bus, pro-vt conceditur Episcopis per „sacrum & œcumenicum Concilium „Tridentinum. Quo quid expressius „desiderari posset, & ad propositum accommodatum magis?

4. Hæc sane quanquam vera sint, attento iure Concilij Tridentini & priuilegijs Pontificijs, ad normam decretorum eiusdem concessis aut confirmatis, angit nos tamen hîc ac remoratur graue dubium: Sit ne videlicet facultas Epiſscopis & Prælatis, per dictum Concilium in sibi subditos, & per priuilegia concessa, per Bullam reuocata, quæ singulis annis in die Cœnæ, per Pontificem promulgatur cum tantis instantijs & reuocationibus seu derogationibus, maximè quo-ad casus Papæ reseruatos in ea, & quo ad hæresim, etiam occultam?

Ratio huius anxietatis oritur ex eo, quòd Congregatio Concilij in vna

Melfiensi censuit; *Derogatum esse decreto capitis Liceat, non tantùm in crimine hæresis, sed & in omnibus alijs casibus comprehensis in* dicta bulla Cœnæ Domini.

Quin-imò à præfato Pio. V. die 10. Iunij anno. 1568. Romæ fuit resolutum in vna Valentina, nunc Episcopos non posse absoluere ab hæresi, nec ab alio casu prædicti processus.

Et quidem hac in re ita certant inter se Doctores, vt difficile sit satis, aliquid in ea statuere aut definire. Nauarrus penè obscurus videtur, scribens, [i] Episcopos à casibus & censuris, ante & post Tridentinum reseruatis Papæ, posse absoluere in conscientiæ foro, preterquam à reseruatis cum clausula derogatoria, per quam sufficienter derogatur Concilio Tridentino; at non explicat, an derogatoria bullæ Cœnæ sufficienter illi deroget.

[i] *Lib. 5. Cōs. tit. de sentēt. excom. Cōs. 43. n. 1.*

Ad quæstionem verò secundam habet, [k] ex eo quòd facultas Episcopis facta, limitatur quo ad hæresim, extendendam esse ad omnes alios ca-

[k] *Num. 3. Consil. eodē.*

sus bullæ, quamuis (ait) propter bullam Cœnæ quæ à paucis annis publicatur, videatur derogatum capiti *Liceat* quo ad hæresim.

Quibus in verbis, videtur bulla nonobstante, admittere facultatem dictam Episcoporum quo-ad casus bullæ, subdubitare autem de derogatione eiusdem facultatis quo-ad hæresim tantùm. Hoc sanè in negotio „clarior & resolutior (vt ita dixerim) Henricus Henriquez. 1 Non „videtur (ait) potestas Episcopi reseruari aut reuocari per generalem „clausulam bullæ Cœnæ, vt est communior D D. opinio. Et Cardinalis „Carafa, nomine Congregationis „Cardinalium ita scripsit ad D. Christophorum Vela Archiepiscopum Burgensem. *Quia lex generalis, etiam posterior non tollit ius speciale; & quia bulla Cœnæ tantùm tollit priuilegia*; at Episcopus, non ex priuilegio, sed ex potestate iuris communis, etiam antiqui id habet sublata reseruatione, „quamquam ea Episcopalis absolutio „non prosit pro foro exteriori, vt antea & nos diximus.

1 Li. 6. cap. 14. tit. pro casibus bulla Cœna.

Notanda regula.

Hanc Henriquez assertionem ex eo confirmauerim: *Quia Decreto Concilij non derogetur, nisi de eo fiat expressa mentio; nec sufficiat clausula derogatoria generalis*, vt auctor est Ioannes de Selua, m & Gomez n citans Baldum o & Archidiaconum. p

Nam omnis constitutio conciliaris continet, aut dicitur continere tacitam clausulam derogatoriam cui dicitur non derogari, nisi de illa fiat mentio specialis; asseritque totum mundum esse huius sententiæ, pro qua etiam citat Felinum q & Iason, r At caput *Liceat* Concilij, est quoddam ius speciale concessum Episcopis; non censetur ergo illi derogatum, nisi de eo expressa fiat mentio.

Intrepidè item Emanuel Sa, vir doctissimus & per multos annos in pœnitentiaria S. Petri Romæ à Concil. Trident. exercitatus, scribit & affirmat; Bullam de Cœna iurisdictionem cõcessam Episcopis per Tridentinum non tollere, etiam quo-ad heresim; posseque ideò occultum hæreticum per alium etiam absoluere; multò igitur magis ab alijs casibus dictæ Bullæ. Gregorius Sayrus Cassi-

m *Tract. de benef. part. 4. q. 7. n. 4.*
n *In cap. 1. de Constit. n. 178. ca. secũda regula. & q. 3. col. 2. regular. Cancel.*
o *In leg. humanum. C. de legibus.*
p *In d. caput. 1. de constitu.*
q *In cap. Nonnulli de rescriptis.*
r *In leg. postquam. n. 15. de pactis.*

nensis Monachus, qui nuperrimè de censuris scripsit, hanc attingens materiam, negatiuæ sententiæ subscribit[f] etiam quo ad casus Bullæ extra hæresim cum Iacobo de Graffijs. [f] *Lib. 4. thesaur. Conf. n. 32.*

Postea tandem idem Sayrus sequentia habet: [t] *Post Concilium Tri. in sessione. 24, cap. 6. potest Episcopus sibi subditos in sua diœcesi absoluere in foro interiori ab omni suspensione Iuris, quantumcunque reseruata Sedi Apostolicæ, & consequenter etiamsi sit lata in perpetuum, dummodò crimen sit occultum, & res non sit deducta ad forum contentiosum, dummodò item non descendat ab homicidio voluntario, quod idem etiam concedit Vicarijs Generalibus ipsorum* Episcoporum, *Imo verò Congregatio Cardinalium (ait) censuit ab Episcopo posse non tantum Vicario Generali, sed etiam Pœnitentiario, aut Vicario, ad id specialiter deputato committi absolutionem dicti capitis. 6. Si autem non procedat ex delicto non occulto, seruandũ esse ius commune ex Henriquez & Hugolino* [v] *& Tabiena:* [x] Et numero. 20. circa hanc Concilij constitutionem hæc obseruanda esse dicit. Primò. Non esse mentem Concilij vllo modo restrin-

[t] *Cap. 7. eiusd. lib. n.* 19.

[v] *Li. 13. de excom. & susp. cap. 35. § 3.*

[x] *De cẽsuris Eccles. cap. 4. § 1. n. 1.*

gere veterem Episcoporum auctoritatem, sed illam ampliare; vndè à quibuscunque suspensionibus poterant Episcopi ante Concilium absoluere in foro exteriori, ab ijsdem etiam possunt in foro interiori tantùm. Secundo, in illa verba Concilij *Ex delicto occulto & nondum deducto ad forum contentiosum*, arbitratur nō sufficere, quod delictum sit deductum, aut delatum ad iudicem; sed etiā requiri, vt sit parti significatum. Vndè colligit, quod etiamsi non debeat Episcopus absoluere eum, cuius crimen ad suum forum deductum est, si tamen viderit postea actorem non progredi in probatione, tum posse Episcopum absoluere delinquentem in foro interiori. At hoc repugnare videtur cuidam decisioni Congregationis, sicut & quod ibidem subiungit; nimirum, si reus delatus ita se benè defendat, vt per sententiam liberetur & innocens declaretur, putat simpliciter tùm Episcopum posse absoluere: quia scilicet talis deductio ad forum contentiosum ita sit per sententiam finita, vt non sit amplius in iudicium deducenda,

da,

da, nullumque detrimentum reus passus sit in sua fama; & hæc quidem quo-ad Episcopos. De Prælatis autem regularibus exemptis & quasi potestatem Episcopalem habentibus, facultatemque absoluendi à casibus Papæ reseruatis, non tam à iure, quàm ex mero priuilegio, aliter videtur sentiendum.

Etenim communior Doctorum opinio est, per bullam Cœnæ derogari priuilegijs; vnde & Henriquez & Corradus, tenent dictos Prælatos ob derogatoriam dictæ bullæ, non posse absoluere suos à casibus in eadem Pontifici reseruatos; quia potestas dictæ bullę, quolibet anno cum noua prohibitione & priuilegiorum quorumcumque irritatione absoluendi à suis casibus publicetur, cum noua eorumdem reseruatione & reuocatione. Prædictis Henriquez, Corrado, & alijs subscribit omnino & apertissimè auctor Cathe. Neapol.[a] quo ad regulares; dissentit autem quo-ad Episcopos. Scribit enim, regulares qui per sua priuilegia, vt Sixti IIII. Iulij II. & aliorum Pontificum obtinuerunt se posse absolui à

Lib. 6. c. 14. art. pro casibus bullæ.

a Lib. 3. c. 2.

suis Superiorib⁹ ab omnibus casibus, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, & hoc perpetuis futuris temporibus, quatuor aut quinque casibus exceptis, iam hodie non posse absolui, neque ab illis quinque, neq; ab alijs omnibus in dicta Bulla Cœnæ contentis. Et hæc quidem eius est ratio. Quia videlicet, si priuilegium Episcopis concessum per caput *Liceat* Concilij quantum ad id quod concernit Bullã Cœnæ reuocatũ sit, multò magis per eandẽ Bullam priuilegium regularium reuocatum dicatur. Quod sanè optimè negat, & refellit Iacobus à Capua.[b] Tùm quia, in priuilegio cõcesso Episcopis per caput *Liceat*, non sit specificatum, quod per Bullã Cœnæ nũquã intelligatur illud reuocatũ, sicut in priuilegio regularium. Tùm etiam, quia sit concessum regularibus in fauorem non particularium, sed totius religionis, & vt omnibus regularibus vagandi materia omninò subtraheretur, iuxta caput *Cùm illorũ*,[c] quæ religiosis periculosa & sæpè exitialis est.[d] Tùm denique, quia ex officio teneantur esse in claustro saltem

Sess 24.
b *Lib 1. auctorar. resol. cap 13. n. 24.*
c *De sent. excom.*
d *Extra. Ne cler. vel Monachi, ca. Vt periculosa. de preben. cap. Cũ singula. lib. 6. de off. ordin. cap. Quanto. 16. q. 1. Cã. Monac. & Cã. Quidam l. generaliter. Cod. de Episcop. & clericis.*

non habentes administrationes, figurenturq; & dicantur sine illo viuere nõ posse, non secus ac piscis sine aqua. e Hæc profecto de Grassijs assertio luculenter corroborari vel maximè potest ex eo, quòd tanti viri huius quæstionis affirmantem partem tenentes, non satis attenderunt stylum & terminos Bullarum Cœnæ Sixti Papæ V. & Clementis VIII.

e 16. q. 1. Cã. placuit.

,, Quandoquidem, in postrema di- ,,cti Clementis Bulla anni 1597. 3. nonas April. Pontificatus sui anno 6. §. ,,Cæterum, habetur quædam clausu- ,,la omnino notanda & obseruanda, ,,quæ huiusmodi est: *Nisi in eis (priui- ,,legijs videlicet) etiam casus præsentibus ,,literis expressi, comprehendantur*. Per ,,quæ verba (ni fallor) satis apertè de- ,,claratum est, priori reuocatione ,,excludi indulta concedentia facul- ,,tates absoluendi à casibus Papæ re- ,,seruatis tantùm in generali, non au- ,,tem ea, quæ in specie concedunt ca- ,,sus Bullæ Cœnæ; atque ita constat, ,,nunc non esse reuocata regularium ,,priuilegia, quæ hos casus in spe- ,,cie cõcedũt, vt superius ostendimus.

Expresse enim Pontifices allegati, post concessionem casuum bullæ generalem factam Prædicatoribus & Minimis, excepêre duntaxat quatuor, aut quinque casus.

Quando autē post clausulam generalem additur exceptio alicuius casus, aut aliquorum casuum reseruatorum, cēsentur omnes alij casus in specie concessi & expressi, ex communi D D. sententia, *Quia exceptio firmat regulam in contrarium, hoc est, in nō exceptuata, vt quidam loquuntur*: Quod confirmatur expresse à doctissimo Francisco Suarez.[f]

[f] Tom. 5. ad 3. part. Th. disp. 21. sect. 3. n. 4.

Cùm autem iura posteriora dicantur derogare prioribus, meritò in assertiones prædictas afferre quis posset: *Sacram Congregationem S. R. E. Cardinalium, anno* 1601. *die* 9. *Ianuarij, negotiis & consultationibus* Episcoporum *& Regularium præpositam, iustis & grauibus id exigentibus causis, ac de eiusdē Sanctissimi D.* Clemētis *Papæ VIII. speciali mādato, viuæ vocis oraculo desuper facto seu habito, Sacerdotibus omnibus, tā sæcularibus quā regularibus* extra vrbem degen-

tibus *ad confessiones audiendas approbatis quorumuis Ordinum, etiam Mendicantiũ, militiarum aut Congregationum, etiam societatis IESV, & generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iussisse ac præcepisse, ne quis eorum sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum, generaliter aut specificè, scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sancta Sede Apostolica, vel de eius auctoritate, eorũ ordinibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus sæcularium, aut personis singularibus, seu alias quomodocũque sub quibus-vis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cuiusuis, etiã Imperatoris, Regũ, aut aliorũ Principũ instantiam concessarũ seu confirmatarum, aliquis status cuiusuis, gradus, & conditionis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab vllo ex casibus clarè vel dubiè in bulla in die Cœnæ legi solita contentis, vel alias quomodocunque Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum per suã Sanctitatẽ eius-ve Successores pro tempore in eadem bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt vel in*

posterum sibi reseruabunt, nullo casu etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum noua, & speciali Sanctitatis suæ, aut Successorum suorum vel Ordinariorum, quo ad casus ab ipsis tantùm reseruatos, respectiuè impetrata in scriptis licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat aut præsumat; sed cùm opus fuerit, pœnitentes ad Superiores legitimosque iudices accedere consulat, sub pœna contra facientibus tam regularibus, quàm sæcularibus, excommunicationis, priuationis officiorum & dignitatum, aut beneficiorum, item inhabilitatis audiendi confessiones (quam tamen inhabilitatem ad confessiones, anno sequente sustulit) & ad quæcunque officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto, absque vlla alia declaratione incurrenda, super quibus à nemine nisi à Romano Pontifice, habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquàm in mortis articulo possit impertiri. Sanctitas enim sua quatenus opus sit, facultates & concessiones ipsas in hac parte vti cassas & irritas haberi de cætero voluit, nonobstantibus quibuscunque.

Verùm, ad hãc constitutionem, ob-

iectionem, seu declarationem facilis est responsio. Nimirùm; quòd in ea videatur tantùm agi, aut ea intelligenda tantùm derogare, non potestati quam habent Prælati regulares in suos suasque, sed tantùm potestati, quam iam habere possunt Confessores à Prælatis, ad confessiones aliorum audiendas, aut sæculares ad easdem probati.

Quæ quidem responsio si non *placeat aut satisfaciat omninò*, respondemus vlteriùs; hanc Constitutionem seu Declarationem, vt potè odiosam & non fauorabilem, non esse extendendam extra proprios & expressos terminos: at expressè iubet & præcipit, non Confessoribus Regularibus aut sæcularibus in alma vrbe degentibus, *& omnibus alijs in locis commorantibus, sed extra vrbem per Italiam degentibus*. Non est igitur extendenda ad cisalpinos & vltramontanos, vt Gallos, Hispanos, & consectariè alios, qui sũt extra Italiam. Imo verò, credo eã extra Italiã nusquam publicatam aut receptam fuisse, aut esse, ideoquè non obligare alibi. Ex probabiliori igitur

communioriq́ue ſententia, poſſunt Epiſcopi omni tempore per cap. *Liceat* & Prçlati Regulares ad id ſpecialia priuilegia habentes, ſuos abſoluere à caſibus Papæ reſeruatis, etiam in bulla, non obſtantibus eiuſdem bullæ reuocationibus. An autem ab hæreſi occulta, ſtatim videbitur.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

SVMMÆ.

1. *Reſolutiuè agitur de eadem poteſtate poſt multas inſignium Authorum opiniones, præſertim pro caſu hæreſis occultæ.*

2. *Item de forma & modo abſoluendi Hæreticos.*

SI præcedens difficilis fuerit quæſtio, quam iam aggredimur longè difficilior eſt: An videlicet, extra Iubilæorum tempora Epiſcopi vigore capitis *Liceat*, poſſint ſibi ſubditos occultos hæreticos abſoluere? Certant in hac re inter ſe DD. & grauiſſimis

ſanè rationibus, argumentiſque, ita vt Sapientiores & peritiores nihil niſi cum tremore ſtatuere aut definire audeant. Reformidat Doctiſſimus Suarez cum Simancha & Franciſco Penna affirmantem amplecti partem; maximè quia audiat (ait) in Supremo ſacræ ac generalis Inquiſitionis prætorio, Romæ pro negante fuiſſe pronuntiatum ſæpiùs. Atque hinc fit, vt hanc negatiuam ſequantur non ſolum Suarez, ſed & ante illum Nauarrus,* Simmachas Penna,[b] Maiolus,[c] de Graffijs[d] & Azorius,[e] eo quòd nimirum, expreſſè in bulla Cœnæ Domini derogatoria habeat: *Nonobſtante clauſula Concilij Generalis.* Quæ vltima verba (ait Suarez) notanda ſunt; quia per illa videatur derogatum facultati conceſſæ Epiſcopis, nec expreſſius derogari potuiſſe: imò vix potuiſſe illa verba propter aliud Concilium quàm Trident. addi. Quia etiã Pontifices Pius V. Gregorius XIII. (& vt refert Azor) Clemens VIII. de hac quæſtione conſulti, ita declararint, & Congregatio Cardinalium Concilij Interpretum.

* *Cap. 27. n. 275.*
a *De Cathol. inſtit. tit. 3. n. 6.*
b *In directo. inquiſit. part. 3. q. 98. com. 141.*
c *De irregul. lib. 5. ca. 46.*
d *Lib. 4. cap. 15. n. 25. & cap. 18. n. 2.*
e *Lib. 8. inſtit. mor. cap. 10. toto quæſito 10. tom. 1.*

Affirmantem verò, his non obstantibus tuentur Bannez[f] vir revera subtilissimus doctissimusque, Emmanuel Sa,[g] Henriquez[h] præceptor Azorij & Suarez, & Ioannes Chapeaville.[i]

f 22. q. 11. art. 4.
g *Verb. Episcopus.*
h *Lib. 6. cap. 14.*
i *Part. posteriori cap. 1. q. 3.*

Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo,[k] testatur Salmanticæ in Hispania, viros grauissimos, & Theologiæ & vtriusque Iurisperitos sensisse, non esse Episcopis abrogatam facultatem concessam à Concilio absoluendi hęreticos; imò etiamnùm ita plurimos censere Episcopos, tùm in Theologia, tùm etiam in Canonico iure versatos.

k *In exposit. bullæ Cœnæ casu vltimo. §. cæterum.*

Hæc sunt itaque prædictorum pro hac parte affirmante rationes & argumenta, primum quia dicatur generaliter in bulla solùm; *Nonobstante clausula Concilij generalis*, nulla expressa facta mentione Concilij Tridentini: sed ex Archidiacono, Felino, & communiori DD. sententia (vt iam alibi deduximus) non intelligitur derogatum per clausulã generalem facultati & priuilegio alicuius certi Concilij generalis, nisi ipsius facta sit specialis mentio. Itẽ

Præcedenti cap. n. 4.

Quia lex specialis non credatur per generale sublata, siue praecedat, siue sequatur. l Deinde, cùm huiusmodi facultas cõcessa sit à Concilio Tridentino tàm recenti memoria conuocato & celebrato, & ob graues iustasque causas sit data praedicta facultas Episcopis, non videtur verisimile, tàm facilè, & tàm citò à Romanis Pontificibus eam esse sublatam. Postremò, quia in constitutione Pontificia, quae dicitur bulla Coenae Domini, solùm videatur abrogari facultas concessa hominibus priuatis & particularibus, etiam per clausulam Concilij Generalis, qua possint absolui extra mortis articulum, non tamen consequens sit, vt facultas concessa in Concilio Generali Episcopis, auferatur.

l *Gloss. cõm. cõsensu recepta in authẽtic. offeratur. C. de litis contesta. & docet Decius in regul. 1. ff. de reg. iuris.*

Haec enim non conceditur priuatis „ hominibus poenitentibus, vt absol- „ ui queant, sed Episcopis ipsis, vt possint absoluere, ex doctrina virorũ grauissimorum huius tẽporis; & haec sunt argumenta praefati Bannez. Cuius, & aliorum opinio, maximè fulciri confirmarique potest, ex eo, quòd „ refert Henriquez, m qui eandem te-

m *In gloss. cap. 14. lib. 6 littera. M.*

„net sententiam, nimirum, Illustrissi-
„mum Cardinalem Quirogam Inqui-
„sitorem Generalem, facta consulta-
„tione cum Episcopis in Concilio To-
„letano anno.1583. pro affirmatiua hu-
„ius nostræ quæstionis dixisse. Et Gre-
„gorium quidem XIII. rogatum, no-
„luisse in sua bulla excipi derogatio-
nem hanc Concilij Tridentini, eo quod; vt bulla Cœnæ non derogat facultati, quam Inquisitores habent iure communi capitis *Vt officium*, [n] ita nec facultati quam Episcopus habet iure eodem communi; vnde non videtur (ait) potestas Episcopi reseruari, aut reuocari per generalem clausulam bullæ Cœnæ, vt est communis DD. opinio; hæc Henriquez. Qui etiã adducit pro confirmatione eiusdem opinionis communioris, secundam prænominati Bannez rationem allatam.

n *De haret. lib. 6.*

Pro qua sententia, maximè etiam facere potest spectanda illa restrictio, quam obseruauimus & retulimus superiùs, quæ habetur in bulla Sixti V. & postrema Clementis VIII. eiusmodi, *Nisi in eis (priuilegiis videlicet) etiam*

caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur.

Neque enim deſunt graues Auctores, qui velint & ſcribant, facultatem conceſſam Epiſcopis ſuper caſus occultos reſeruatos Pontifici, & ſuper hæreſim per Cōcilium Tridentinum, eſſe ius & priuilegium; continetur ergò & caſus hæreſis conceſſus Epiſcopis, ſub prædicta reſtrictione & exceptione, *Niſi in eis* &c. ac conſectariè facultas abſoluendi ab illo, non eſt reſeruata, cùm Sixtus V. & Clemens VIII. expreſſè per eam dicant, ſe nollè reuocare facultates, in quibus caſus bullæ Cœnæ in ſpecie conceduntur: at caput *Liceat* ſpecificè concedit caſus Cœnæ & ipſam hæreſim, vt concedit ipſe Suarez; o ob eamq́ue rationem fatetur, opinionem eorum, qui hanc partem affirmantem ſequuntur, eſſe probabilem: veruntamen ob iam allegatum argumentum, & reſtrictionē, diſcedere non poſſe à negatiua ſententia, nimirùm quo ad hæreſim: quia licet fortaſſe ſola verba bullæ & reſtrictionis Clem. VIII. pro vt ponderata ſunt, cogerent; intelligat tamen

o *Tom. 5. ad 3 partem D. Thomæ diſt. 21. ſect. 3. n. 3. 4. & 5.*

Quod Epiſcopi poſſint abſoluere ab hæreſi occulta non obſtāte bulla Cœna, fatetur Suarez eſſe probabile.

„voluntatem Pontificum & praxim, „esse affirmatiuæ contrariam.

Et quidem, si per praxim simplicem hoc negotium vel dubium esset terminandum, intentum iam esset consequuta pars affirmans: cùm nonobstante praxi Romana, multi doctissimi & grauissimi, non solum Germaniæ, Galliæ, Belgij & Hispaniæ, (verùm etiam & Italiæ, vt testantur Chappea ville & de Graffijs) hanc facultatem practicent, eaque vtantur. Vndè factum est, quòd licet Nauarrus in manuali pro negatiua dixerit, postea tamen magis in affirmantem partem inclinasse videatur in Consilijs, quæ cùm non omnes habeant, vt à labore & onere hac in parte releuentur, hîc referam quæ hac de re tàm ardua ibi scripsit.

p *Lib. 5. Cōsil. tit. de sēt. exc. Cons. 15. per totum.*

Primò itaque quærit: [p] Vtrum facultas concessa Episcopis absoluendi ab hæresi in foro conscientiæ tantum vi Concilij Tridētini, sit iam per bullam Cœnæ abrogata per illa verba: *Ac cuiusuis Concilij decreta: maximè in remotioribus partibus, vbi accessus est difficilis ad Summum Pontificem.*

Secundò, circa idem Concilium, An illa verba *In foro conscientiæ tantùm*, intelligantur solum in foro Sacramenti pœnitentiæ? An verò possint intelligi in foro secreto, ita vt possit Episcopus à sola censura absoluere, & alteri remittere pœnitentem, vt illi confiteatur, & hoc maximè quando Episcopus est absens?

Tertiò, An illa verba, *eis tantùm, non eorum vicariis sit permissum*, intelligantur solum de ordinario Episcopi Vicario? An autem debeant de quocunque alio intelligi, cui Episcopus in casu aliquo particulari occurrenti, committeret vices suas?

Ad primam quæstionem habet; Illustrissimum quendam illum certiorem fecisse, quod fuerit conclusum in quibusdam Illustrissimorum Cardinaliũ Congregationibus: Episcopos virtute Concilij, non posse absoluere ab hæresi; & quod per bullam Cœnæ abrogata sit facultas prædicta Episcoporum, se tamen eidem Illustrissimo in eam, quæ sequitur, formam rescripsisse asseuerat.

Illustrissime & Reuerend. Domine, gra-

tias ago D.V. Illustrissimæ, quòd tàm benignè ac largè dignata fuerit facere me certiorem de conclusione, quam ait à Cōgregatione Illustrissima receptam, super non permittenda Episcopis facultate absoluendi ab hæresi in foro conscientiæ, quam eis Concilium Tridentinum fecerat, eamque vulgò esse receptam. Et quamuis ad persuadendum illam mihi sufficiat quod illa conclusit, iuxta illud IPSE DIXIT: interrogatus tamen multas quæstiones à quibusam eruditissimis orbis noui Confessariis, quorum quidam præsupponunt habere illos hanc facultatem, vix audebo eis respondere.

Tùm quia difficile credetur ab eis, quod multis & validissimis rationibus fuerit cōclusum non conuenire, vt relinquatur Episcopis facultas præfata, cùm nuper Concilio vniuersali id apparuerit conuenientissimum.

Tùm quia, vt audio, Episcopi cæperunt ea vti, & non facilè à suo vsu, tanti Concilij auctoritate nitente, retrahentur. Tùm quia vident apparuisse in vrbe conueniens, vt Confessarij per Cruciatam electi, absoluant ab omnibus casibus bullæ Cœnæ, quorum vnus est hæresis, quandò in Cruciata (hoc est bulla) non excipitur.

Tùm,

Tùm quia moleſtè ferant omnes Epiſcopi omnium Regnorum Caſtellæ, & ei annexorum, qui ſunt plurimi, vt eis auferatur præfata poteſtas, & eadem concedatur omnibus Confeſſarijs eorum ſubditis, per Cruciatam (hoc eſt Iubilæum) electis, qui ſunt innumeri.

Tùm quia, licet Epiſcopi Italiæ, qui proximi ſunt Vrbi, ſatis æquo animo ob præſentiam S. D. N. illam ſint laturi: Epiſcopi tamen Germaniæ, Belgij, Galliæ & Hiſpaniæ, & Orbis noui, qui longiùs à ſua Sanctitate abſunt, non videntur tam facilè laturi.

Tùm quia, audio quoſdam in Hiſpania, in libris auctoritate Concilij ſupremi Regis typis excuſsis, præſupponere illam facultatem Epiſcopis ineſſe.

Tùm quia, vt audio, ſunt qui dicãt per bullam Cœnæ non derogari ei, eo quòd nõ videant derogari poteſtati Inquiſitorum, qui nonobſtante illa bulla, paſſim abſoluunt ab hæreſi, & non excipiuntur per eandem bullam piuſquàm Epiſcopi; & conſtat poteſtatem illam non fuiſſe datam eis à maiore, quàm Epiſcopis, cùm fuerit data à ſolo Papa; & Epiſcopis, à Papa & toto Concilio.

Tum quia, sicut non omnes decisiones Rotæ, quæ placent vrbi, placent toti orbi; ita forte non omnes rationes, quæ videntur validissimæ aliquot Congregationibus vrbis, videbuntur tales omnibus Academiis, & Regum Prætoriis, quæ Parlamenta, vel Cãcellarias appellant.

Quæ omnia tumultuariè scripta, non in hoc mitto D. V. Illustr. vt velim mihi respõderi, sed tantum, vt aliquandò, si ei videbitur & occurrerit opportunitas, aliquid horum insinuetur S. D. N. cuius Sanctitatem Amplissimam, & V. D. Illustrissimam, Dominus IESVS *quamdiutissimè seruet incolumes.* Hactenus Nauarrus.

Ex quibus (ni fallor) satis planum, aut saltem probabile est, illum plus in partem affirmantem, nimirum posse Episcopos absoluere àb hæresi hoc in loco, quàm in negantem inclinasse, non autem ausum fuisse dictam affirmantem amplecti & confirmare, ob eam reuerentiam, & honorem illum, quem præfatæ Sacræ Congregationi deferre cupiebat; hocque in negotio adeò hæsitasse, vt tandem resolutionẽ Pontificis desiderauerit.

Vndè supposita veritate affirmatiuæ

partis, poſtea & ſtatim ad ſecundam quæſtionem allegatam eodèm Conſilio. 15. ſcribit verba illa; *Abſoluere quo-ad forum conſcientiæ tantum*, & illa; *dare poteſtatem abſoluendi quo-ad forum conſ-„cientiæ* ſignificare, quod abſolutio „data vel facta, nihil proſit quo ad fo-„rum exterius, in quo perindè iudi-„cabitur de illo, ac ſi non eſſet abſolu-„tus ſecundum iuris rigorem, iuxta mentem omnium.

Secundò reſpondet; quod Epiſco-„pus habens poteſtatem abſoluendi „ab excommunicatione ob hæreſim „incurſa, poterit abſoluere etiam ex-„tra Confeſſionem Sacramentalem. „Tũ quia abſolutio ab excommuni-„catione, non ſit abſolutio Sacramen-„talis ſecundum omnes; tùm etiam, „quia ſtylus Sacræ Pœnitentiariæ ha-„beat, vt aliqui eorum, qui interſunt „ei, abſoluant ſine literis præſentes à „cenſuris extra Confeſſionem, per facultatem eis factã à Summo Pœnitẽtiario, & ſuis Officiarijs, ad abſoluẽdum eos in foro conſcientiæ; tum quia * Vicarius Epiſcopi Minorum Ordinum tantùm, excõmunicare poſ-

Abſolutio ab excommunicatione non eſt Sacramẽtalis.

** Vicarius Epiſcopi Minorum ordinũ tantũ poteſt excõmunicare & abſoluere.*

sit, & absoluere secundum D. Thomam, q licet non possit absoluere à culpa propter quam illa incurritur, nisi fuerit Sacerdos, & id faciat audita Confessione sacramentali.

q In libr. 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 2.

Tertiò, quod hæc consequitur, videlicet; posse Episcopum extra Con-„fessionem, absoluere in casibus par-„ticularibus occurrentibus.

Ad tertiam quæstionem eiusdẽ decreti „Cõcilij citati respondens habet; quod „illa verba Concilij Tridentini *Non eo-„rum Vicariis*, intelliguntur de Vica-„rijs Generalibus, ita vt sit sẽsus; Quod „sicuti Vicarius Episcopi, generali „ratione solùm Vicarius, non habet „potestatem conferendi beneficia; „r ita non habet potestatem vtendi fa-„cultate concessa Episcopis absoluen-„di hæreticum.

r Cap. finali. de officio Vicarij lib. 6.

Notanda quæstio & difficultas.

An autem possint Episcopi com-„mittere hanc potestatem absoluen-„di, dicit maiorem esse quæstionem; „tùm quia videatur ei commissa hu-„iusmodi potestas propter industriã „personæ, quale commissum est inde-legabile, ait.

Tùm etiam, quia videatur casus ex-

„preſſus in dicto capite finali, [s] qua „parte dicit eum, cui commiſſa eſt po- „teſtas abſoluendi, etiam à Papa, non „poſſe illam alteri ſubdelegare; quod „ſanè intelligendum eſt, ſi facultas ex „delegatione conceſſa, ſit ſimpliciter „& ſolùm propter induſtriam perſo- „næ, non autem ſi ex priuilegio ratione dignitatis: at Epiſcopis ex officio & priuilegio ſuæ dignitatis competit abſoluere ab hæreſi virtute Canonum Concilij Tridentini, vt obſeruat idem Nauarrus.

[s] §. cœterũ. de officio deleg. & cap. 15 cui eod. tit. lib. 6.

Tenendo igitur (ait) quod non de- „rogetur ei per bullam Cœnæ, mihi „quidem indubiè videtur (huius vi- „delicet poſterioris quæſtionis de cõ- „miſſione facultatis abſoluendi ab „hæreſi) pars affirmatiua verior, intel- „ligendo eam de poteſtate abſoluen- „di nuda, ita quod Epiſcopus informa- „tus rectè de caſu, præſcribat modum, „pœnitentiam, & onus imponendum „ei, qui abſoluendus eſt, & commit- „tat nudam poteſtatem abſoluendi, „cum illo, aut illo modo, nullo ar- „bitrio poſtea remiſſo ei, qui eſt abſo- luturus.

Imo verò (subiungit) satis vera eadem affirmatiua videtur, intelligendo eam de commissione absolutionis, cum facultate præscribendi pœnitentiam, modum, & onus imponendum à Confessario commisso absoluturo; quoniam responderi possit præfato § *Cæterum*, quod ille procedat in eo, qui ex delegatione & commissione tantum, habet potestatem absoluendi, & non in eo, qui habet illam ex officio, & priuilegio suæ dignitatis, de quo loquitur prædictum caput Finale de officio Ordina. Hoc itidem confirmat Azorius.[t]

t *Loco cit. quæst.* 11.

Si prædicta facultas (ait) data à Concilio Trid. Episcopis, vim suam & locum haberet, posset Episcopus absolutionem hæretici, semel, aut iterum, aut etiam sæpiùs alteri mandare, qui hæreticum absolueret mādato Episcopi. Hoc enim non esset alterum constituere, vt tanquam delegatus generalis habeat facultatem hæreticos absoluendi; sed est alteri committere, vt in casu occurrenti, hæreticum iussu & nomine Episcopi

„absoluat: tunc enim Episcopus non „absolueret per illum, tanquam per „Vicarium aut Iudicem delegatum, „sed tanquam per ministrum, nomi-„ne iussuque Domini aliquid facien-„tem; quo etiam fit, vt qui legitimè „impediti ad Episcopum accedere ne-„quirent, Confessarios adire possent, „aut alios, vt nomine, vel mandato Episcopi absoluerentur per illos.

Ex quibus colligendum & concludendum, non posse Episcopos, nec debere constituere Vicarium, vel delegatum generalem ad absoluendum hæreticos, ita vt, talis Vicarius vel delegatus, habeat potestatem absoluendi eos omnes, quos absoluendos iudicaret, posito etiam quod bulla Cœnæ nonobstante, hæreticos absoluere valeant.

Qua in re, vt rursus pateat quantum hæsitet Nauarrus, quantumque probabilitatis iudicauerit pro vtraque parte, attendenda est conclusio allegati Consilij. 15. quæ in eo adfertur ad tertiam quæstionē. *Ex qua solemni & recepta* (ait) *Concordia sequitur, quod valdè perpendendum est, An Episcopus possit, &*

velit absoluere ex officio suo, & priuilegio cōcesso suæ dignitati à Concilio Tridentino? An ex noua aut alia Papæ commissione, ita quod fiat delegatus? Nam priore casu poterit committere absolutionem vtroque modo prædicto: hoc est, præscribendo aut non præscribendo modum, pœnitentiam, & onus imponendum delinquenti, posteriore verò non poterit, nisi ad summum priore, nudum scilicet ministerium ad absoluendum sine aliquo arbitrio, intellige oneris, aut pœnitentiæ imponendæ; quod profectò in praxi casus hæreseos, omninò notandum atque obseruandum est.

In hac autem eademque controuersia, quo ad facultatem Episcoporum absoluendi ab hæresi, Nauarro cœterisque omnibus adductis, audaciores fuêre Chappea-ville * & Emmanuel Sa. Intrepidè etenim scribit prior; ab hæresi completa posse hodiè absoluere Episcopum vigore Tridentini; nec verum esse quod quidam dicunt (inter quos videtur, ait, esse noster Nauarrus [v]) facultatem ab hæresi absoluendi Episcopis concessam per dictum Trid. esse reuocatam per bullam Cœnæ, & specialiter emanatam

* *Posteriori part. de casib. reseruatis q. 3. cap. 1. pag. 132.*

v *Manualis cap. 27. n. 260. & 275.*

sub Gregorio XIII. quod iã ex allegatis quibusdam rationibus pro hac opinione affirmante, & ex praxi Episcoporum Germaniæ, Galliæ, & Italiæ ex de Grassijs,[x] quem citat pro Italia; & id quidem malè, quia hac de re nihil omnino reperio eo loco.

[x] Lib. 2. Decis. aur. cap. 13.

Posterior verò, prædictam Episcoporum facultatem, quam habent per Concilium, affirmat non tolli eisdem per bullam Cœnæ; idque absolutè absque alia aliqua allegata auctoritate aut ratione.

Eorum sanè sententiam libenter amplecteremur, quia multum probabilitatis habeat, grauibusque rationibus & argumentis allatis fulciatur, docerique ac practicari in Hispania scribant multi, vt dictum est; non sint autem peioris aut inferioris conditionis Episcopi Galliæ, Belgij & Germaniæ, quàm Episcopi Hispaniæ.

Mihi tamen negatiua tandem, & in „consulendo, & in practica longè se„curior est; quia nimirùm, totum hoc „negotium facultatis absoluendi, aut „non absoluendi hæreticos, à volun„tate, intentione, & concessione Sum-

„morum Pontificum præsertim, imò
„& omninò pendeat. Qui propter eā
„summam maximamque, quam ha-
„bent in tota Republica Christiana
„potestatem, de iure & de facto, pos-
„sunt cùm voluerint derogare, quoti-
„dieque aut sæpe derogant Concilia-
„rijs Constitutionibus, etiam Oecu-
menicis; sæpiusque concedunt Epis-
copis Galliæ, & cœteris plerisque Vl-
tramontanis, facultates speciales ab-
soluendi ab hæresi, non simpliciter,
sed tantum ad certos & limitatos an-
nos. Ipsique vidimus & legimus
non dudum diploma quoddam origi-
narium in pergameno, subsignatum
à septem Illustrissimis ac Reuerendis-
simis Cardinalibus Presbyteris, in v-
niuersa Rep. Christiana aduersus hæ-
reticam prauitatem Generalibus In-
quisitoribus, à Sancta Sede Apostoli-
ca specialiter deputatis (de quorum
numero erat Illustrissimus ac Reuerē-
dissimus Cardinalis Camillus Burg-
hesius, nunc Paulus V. Pontifex Opt.
Max. (qui diu & fœliciter sedeat vi-
uatque) congregatis autem in gene-
rali Congregatione Sanctæ Romanæ

& Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in palatio Apoſtolico apud S. Petrum, coram Sanctiſſimo Domino noſtro fœlicis memoriæ Clemēte Papa VIII. die 21. menſis Martij anno 1602. Pō-tificatus eiuſdem anno 11. quo, licentia, facultas, & auctoritas concedebatur Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Virdunenſi, in extremitatibus & confinijs Galliæ, & Lotharingiæ, ac eius in eadem Virdunenſi Eccleſia Officiali ſeu Vicario in ſpiritualibus Generali, tūc & pro tempore exiſtenti in ſolidum, ad triennium futurum proximè, à data præfati indulti numerandum duntaxat duratura, vt omnes, & quoſcunque dictæ Virdunenſis Ciuitatis & diæceſis, vel ex alijs partibus in quibus hæreſes impunè graſſantur, ad dictum Reuerendiſ. Epiſcopum vel ad eius Officialem ſiue Vicarium Generalem præfatum, in Ciuitate tamen Virdunenſi vel diæceſi conſtitutos ſeu reſidētes, ſpontè venientes, vtriuſque ſexus, ac tam laïcos quàm clericos ſæculares, & cuiuſuis Ordinis regulares, hæreticos, ſchiſmaticos, & à Sancta

fide Catholica quomodolibet aberrantes, illorumque credentes (non tamen in hæreses relapsos aut errores, aut de præfatis in iudicio indicijs præuentos vel condemnatos (de quibus tamen Pontifex seu sacrum Inquisitionis Officium consulere tenebatur) pœnitentes quidem ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis censuris, sententijs, & pœnis, quas propter hæreses „&c. quomodolibet incurrerint; dũmodo corde syncero, & fide non ficta *Coram notario, & testibus publicè, vel priuatim* pro-vt casus exegerit, & eidem Episcopo, seu eius Officiali siue Vicario in spiritualibus Generali, magis expedire videretur, hæreses, schisma, & errores supradictos, ac alios quoscunque detestati fuerint, anathematizauerint, & abiurauerint, ac in gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ recipi, & admitti humiliter postulauerint; atque præstito per eos iureiurando promiserint, de cętero ab huiusmodi hæresibus, Schismate, & erroribus, ac alijs similibus excessibus, penitus abstinere, in forma Ecclesiæ

Quæ sint seruanda in hæreticorum absolutione publica aut priuata.

consueta, iniuncta inde eis ac eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia salutari, & alijs iniungendis pro vt eorum saluti, sua Paternitas, vel dictus Officialis, siue Vicarius Generalis expedire cognouerit *Per se ipsos tantùm in vtroque foro, citra aliquam habilitationem aut dispensationem absoluere*, & in gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ recipere, & reconciliare. Insuper vniuersos & singulos de patribus præfatis, qui libros hæreticorum, seu aliàs prohibitos, etiam in Indice Romano librorum prohibitorum damnatos scienter legerint, vel retinuerint, hæreticorum quoque & schismaticorum receptatores, fautores, & defensores, *Qui „illorum hæresibus non adhæserint, & in „futurum ab huiusmodi perniciosa lectione „vel retentione firmiter abstinere proposue„rint.*

Ac prætererea, vt per seipsum solum idem Episcopus, cum ijsdem pœnitentibus qui clerici sæculares, vel cuiusuis Ordinis regulares fuerint, super irregularitate per eos tam hæreseôn, schismatis, ac errorum, quàm lectionis, vel retentionis librorum hæreti-

corum, seu aliàs prohibitorum ac excessuum huiusmodi, aut aliàs præmissorum duntaxat occasione contracta, quo-ad executionem Ordinum tantum, non autem quo-ad habilitationem obtinendi vel retinendi beneficia Ecclesiastica, Dignitates, vel Offi-
„cia (ijs tamen qui hęretici fuerint, &
„in sacris Ordinibus constituti, ab al-
„taris ministerio, & omnium sacra-
„mentorum administratione perpe-
„tuò, vel ad tempus pro suo arbitrio
„suspensis) si aliud canonicum non obstiterit, pœnitentia, vel eius parte peracta, & suffragantibus meritis, etiam in vtroque foro dispensare posset & valeret, &c.

Atqui, si non derogaret Bulla Cœnæ concesso Episcopis priuilegio per Tridentinum quo-ad hæresim; Quorsum Summi Pontifices, Episcopis etiam Vltramontanis, vt ex allegato patet priuilegio speciali, ad id facultatem aliam & cum circunspectionibus tot & tantis concederent?

Dicet quispiam, id ideò fieri, quia Concilium Episcopis concedat facultatem hæreticos occultos tantum,

ac consectariè in foro secreto absoluendi; Summos autem Pontifices, ejsdem concedere per prædictam licentiam & similes, & vt publicos, & publicè possint absoluere. Id quidem scitè dictum: at præfata facultas habet expresse prænominatum Episcopum Virdunensem, potuisse ad triennium tantùm, quoscunque hæreticos generaliter; hoc est, tam occultos quàm publicos & manifestos, pro-vt casus (videlicet occultus vel manifestus) exegerit absoluere, & in vtroque foro. De hac itaque tam ardua, difficili, & necessaria materia & quæstione, hactenus & satis dictum sit.

CAPVT TRIGESIMVM.

SVMMÆ.

1. *Disputatur. An tempore Iubilæorum, Episcopi, Prælati, & Confessarij tam sæculares quàm regulares expositi & approbati, posśint absoluere ab hæresi occulta?*

2. *Specialitas reseruationis criminis hæreseos constituitur non in ipsius grauitate, sed*

in grauitate ipsius reseruationis.

3. *Explicatur quæ propriè sit, dicaturque hæresis occulta.*

4. *In odiosis & pœnalibus, nomine clericorum, beneficiariorum, & Dignitatum, non accipiuntur Episcopi aut Patriarchæ, nec nomine Curialium in Vrbe, intelliguntur Cardinales: nec voce Clericorum aut beneficiariorum comprehenduntur Regulares, quamuis ipsi sint Clerici & beneficiarij interdum, ij tamen omnes in clausula Generali in fauoribus & priuilegijs comprehendi censentur.*

5. *Tandem disceptatio proposita negatiuè resoluitur.*

6. *Respondetur ad propositum dubium. An extra Iubilæorum tempora, Prælati Regulares possint suos ab hæresi & alijs casibus Bullæ Cœnæ absoluere?*

VErùm, duo adhuc enucleanda restant dubia, quæ ex præcedentibus insurgunt dependentque.

Primum. An etiam tempore Iubilæorum, in quibus Pontifices concedunt facultatem absoluendi ab omnibus casibus sibi reseruatis, etiam cõtentis in Bulla Cœnę, possint Episcopi, aut Prælati Regulares exempti, aut

aut Confeſſores ſæculares vel regulares approbati, abſoluere pœnitentes vtriuſque ſexus tam regulares quàm ſæculares, ab hæreſi occulta?

Secundum, An extra Iubilæa, Prælati regulares per ſua priuilegia expreſsè habentes facultatem abſoluendi ſuos ab hæreſi (ex quibus videntur Prædicatores, Minores & Minimi, quibus, vt dictum fuit, conceſſum eſt abſoluere ſuos ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ, *Exceptis quatuor aut quinque enumeratis* (*inter quos eſt hæreſis, non ſimplex aut prima, ſed relapſus in hæreſim tantùm*) poſſint abſoluere regularem hæreticum occultum, nonobſtante derogatione Bullæ Cœnæ Domini?

At verò Paulus Papa V. in ſuis Bullis Cœnæ clauſulam dictam, *Niſi in eis*, ſubmouit. Adde in editione Venetiana Deciſionum aurearum de Graffijs anni Dom. M.D.XCVI. Officinę Damiani Zenari eodem lib. 1. 1. part. & cap. 13. n. 34. Haberi iam Grego. XIII. viuæ vocis oraculo (vt in ſcriptis ſe vidiſſe teſtatur idem Iacobus à Capua) declaraſſe ſe nolle quòd vt præfati Prælati regulares ſuos

ſubditos à caſibus in Bulla Cœnæ contentis poſſint abſoluere, vnde cùm expreſsè protulerit caſus Bullæ tantum, arbitratur idem auctor quo-ad alios omnes Sum. Pontif. reſeruatos caſus non eſſe reuocata Regula. Priuilegia.

Adprimum, de Graffijs * ſcribit virtute Iubilæorum concedentium caſus etiam Bullæ Cœnę, non poſſe abſolui hæreticum occultum, etiam magno cordis dolore crimen deteſtantem, quia commiſſio generalis abſoluendi ab excommunicatione, non comprehendat illam excommunicationem, cuius abſolutionem veriſimili coniectura ipſe delegans nequaquam in ſpecie commiſiſſet: * quod etiam procedit, etiamſi ea commiſiſſet, quæ ſpeciale mandatum exigerent. a Ad quam quidem rationem conducit quod adnotat loco citato Couarru. ex Felino referente abſolutionem ab excommunicatione quacunque per Rom. Pontificem conceſſam ei, cui fit beneficij alicuius Eccleſiaſtici collatio, non habere effectum quo ad excommunicationem ex cau-

Lib. 4. ca. 15 n. 25. & Couar in c. Alma mater part. 2 §. 11. n. 15. fol. 350.

** Cap. in generali de reg. iur. ali. in 6. text. opt. ad præſent quæſt. cap. Frater noſter 16. q. 1.*

a Cap. Qui ad agend. de procur. li. 6.

sa hæresis iure Canonico impositam; quia ea non censeatur sublata per prædictam absolutionem, testaturque idem Felinus, vt videre est apud Couar. loco dicto, ita expressim decisum fuisse ab Innocentio VIII. per Regulam quandam Cancellariæ ab eo statutam. Aliter tam virtute Iubilæorum haberi in praxi de hæretico occulto incidente in excom. censuram arbitratur dictus Iacobus de Graffijs eodem loco.

De qua tamen praxi, nihil sibi constare affirmat Suarez, [b] eamque non amplectitur. Quæ licet confirmari posset ex illa trita & vulgari regula, quæ habet: *Priuilegiũ Principis latissimè esse intelligendum*, iuxta caput *Quamuis plenissima*, [c] quæq; maximè procedat in his beneficijs, quæ bonum continent animarũ, qualis est facultas absoluendi à reseruatis; hãc tamẽ hoc in loco siue in hac materia & quæstione reijcit dictus Suarez, resoluitque ex eo, quod fauor fidei sit quidem fauor animarum, imò maior in hoc subiecto absolutionis ab hæresi censea-

b *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. n. 12. de absol. à cẽsuris. fol. 156 col. 2 circa medium.*

c *De prab. in 6.*

tur, quàm priuatum commodum „vnius, vel alterius; at specialitas re- „seruationis hæresis, non constituatur „solum in grauitate criminis (vt arbi- „tratur, & id quidem optimè) sed in „grauitate ipsius reseruationis, iuxta „mentem Pontificum, vsu & verbis „declaratam; licèt interdum propter „tollendas opiniones expressè adda- „tur exceptio.

„ Quapropter, non discedendum „arbitratur à negatiua huius quæstio- nis; *Quamuis fateatur affirmantem & praxim allegatam à de Graffiis esse probabilem & nulla ratione calumniari posse, aut censura notari.*

Cui subscribit Hēriquez d his verbis: *A casu autem exterioris hæresis, per clausulam generalem* Bullæ *Cruciatæ aut Iubilæi plenissimi, nisi aliter in ipso declaretur, Confessarius absoluere nō potest, quia Vrbanus IV. Paulus IV. Pius V. & Gregor. XIII. Pontifices ita expresserint per Bullam cum Consilio Cardinalium amplissime Censoribus fidei concessam; nam & generalis commissio non extenditur ad illa: quæ non solet in specie concedi, à cæteris casibus* Bullæ *Cœnæ reseruatis,* Iubilæus *concedit absolutio-*

d Li. 7. cap. 16. q Quomodo à casibus Papæ fiat absolutio per Bullā aut Iubilæū.

nem communiter semel, quod si postea reincidat, indiget noua Bulla.

„ Quanquam semel absolutus per „Iubilæum , qui in altera duarum „hebdomadarum vbi conceditur, vt „possit intra id tempus semper absol-„ui, si eo semel lucrato intra primæ „hebdomadæ tempus, *Reincidat in nouum* Cœnæ *casum, possit etiam secunda hebdomada lucrari , & ab illo iterum absolui, quia fauor hic non sit restringendus.*

Per exteriorem autem hæresim, arbitror eundem Henriquez eam voluisse intelligi, quæ distinguitur contra mentalem simpliciter, non reseruatam ex communi DD. sententia. Eam, inquam, intellexisse, quæ aliter mentalis occulta dicitur; quæque interdum etiam exterior vocitatur; quia hæresis occulta, vt sit reseruata, in opus aliquod externum, non tamen publicum aut notorium, prodeat necesse sit.

Nôrunt siquidem vniuersi, ex antiquissima & quotidiana Ecclesiæ praxi hæreticos publicos & manifestos, non per Iubilæa, sed per priuilegia aut mandata Apostolica expressa,

in foro exteriori absolui, in forma Ecclesiæ consueta.

Quæ propriè sit & dicatur hæresis occulta.

3. Appellatione igitur hæresis occultæ intelligitur ea, quæ non est notoria per euidentiam facti, vel per sententiam iudicis, vel per propriam hæretici Confessionem in iudicio, & quæ item per testes probari nequit, ita vt occultum hoc loco sumendum sit, vt à notorio & publico distinctum est.

Duplex hæresis exterior est.

Duplex igitur hæresis exterior, nimirùm occulta exterior, hoc est signis exterioribus comitata, occultis tamen: & hæresis exterior, hoc est, manifesta, notoria, aut publica.

e Verbo absolutio. ad quintum. & 2. parte eod. verbo. §. Octauo quæritur. & §. dico septimo.

In hac quæstione satis perplexus est Thomas Zerola Episcopus Minorensis, eam enim ventilat multis in locis. In prima parte praxis Episcopalis e pro affirmatiua hoc affert argumentum. *Quia hæresis sit reseruata Summo Pontifici, aut in corpore iuris, vel in processu literarum Cœnæ Domini, vel in aliquot alijs* Bullis *extrauagantibus, vel motibus proprijs; sed in Iubileo, datur facultas absoluendi ad omnibus casibus generaliter, vt patet ex verbis in eo poni solitis, ergo*

possunt etiam ab heresi Confessores absoluere tùm temporis,

Refert etiam Sotum docentem, f Confessarios posse absoluere hæreticum occultum in foro interiori, vigorè Iubilæi & diplomatis, vbi conceditur; & non solum occultum, verùm etiam delatum & damnatum, diffa„matumque resipiscentem in eodem „foro interiori, reseruata tamen au„ctoritate Inquisitoribus proceden„di contra eundem in foro exteriori.

f *In 4. d 22. q 2. art 3. in primo casu.*

Quæ opinio (ait Zerola) satis admittenda videtur; quia nimirùm, non cēseatur Episcopis ablata talis potestas per aliquam bullam Papalem, sed solùm per Declarationem Illustrissimorum Cardinalium; nec tempore Iubilæorum videatur ablata Confessarijs talis auctoritas, vbi reperiuntur verba illa pugnantia; hoc est, exprimentia delicta in bulla Cœnæ comprehensa.

Vnde. §. *Dico quinto*, g dicit se credere, posse hæreticos absolui, exceptis declaratis & denunciatis, pro-vt Sixtus V. in suo Iubilæo mensis Decem,

g *Eod. verbo 2. parte.*

bris. 1589. & Clemens VIII. eodem mense anno. 1594. declararunt. At §. *Dico sexto*, subiungit, quod cùm talis casus acciderit tempore Iubilæi, Confessarius debet Episcopum consulere, & Episcopus peritiores in hoc genere, si in ea materia non sit satis versatus, quia hæresis morbus sit valdè contagiosus.

Tandem, ad declarationem quandam Congregationis, qua censuit; Nec Episcopos, nec Inquisitores posse absoluere ab hæresi hæreticum hominem, etiam in foro conscientiæ, licet hæc facultas à Tridentino tradita sit Episcopis, & ad varias auctoritates ibi allegatas responderi posse arbitratur, eas intelligendas, quando non acciderit casus (non periculi vel articuli mortis) sed necessarius. Quod nihil aliud est dicere, quàm, in casu necessario hominem hæreticum posse absolui.

Pro eadem parte affirmatiua facit etiam, quia qui totum dicit, nihil excludere videatur; at generalis facultas conceditur absoluendi à quibuslibet casibus & criminibus in bulla Cœ-

næ contentis; ergò vtique ab hæresi. Deinde, interdùm concedi solet generalis facultas cum exceptione tamen hæresis, nimirùm, vt quis possit absoluere & absolui, ab omnibus delictis in bulla Cœnæ expressis, præterquam ab hæresi; ergò, quādo clausula generalis non excipit hæresim, eo ipso, hæresis comprehendi videtur.

Sed vt tandem longam hanc controuersiam finiamus, si secundum iura & rationes vtriusque opinionis iudicandum esset, probabilior affirmatiua appareret; quoniam idem censeri debet de similibus; in odijs autem & pœnis, appellatione clausulæ generalis non intelliguntur, quæ specialem habent rationem.

4. Nam nomine Clericorum, Beneficiariorum, aut Dignitatū, nō accipiuntur Episcopi, aut Patriarchæ: nec nomine Curialium in vrbe, intelligūtur Cardinales: nec voce clericorum aut beneficiariorum, comprehenduntur regulares, quamuis ipsi quoque sint & clerici & beneficiarij; in priuilegijs tamen & fauoribus, nomine & clausula generali, ij omnes compre-

hendi censentur, & quæ specialem etiam rationem habent: ergò, si in priuilegio aliquo facultas datur absoluendi à criminibus & casibus quibuslibet, etiam in bulla descriptis, videtur etiã concedi facultas absoluendi ab hæresi. Vndè cum Soto præallegato sensisse grauissimos Theologos & Iurisperitos testatur auctor Candelabri aurei in explanatione bullæ de Cœna Domini.[h]

h *Casu.* 20. §. *Quod si forte.n.* 141. *& de absolutione. n.* 13. *&* 16.

5. Negatiua tamen opinio communior, verior, securior, & magis vsui, consuetudini, & stilo Romanæ curiæ conueniens teste Mandosio.[i]

i *In praxi sig natura gratiæ verbo absol. ab heresi.*

Absolutiones, ait, ab hæresi, extra curiam committuntur Inquisitoribus illarum partium; si in Curia nemo se intromittit nisi Sãcta Inquisitio, ac illius præfecti. Hanc etiam partem negantem amplectũtur Card. Toletus,[k] Nauarrus,[l] Couarruuias,[m] Simancas,[n] Henriquez, Azorius,[o] Suarez,[p] imò & Zerola: qui licet se affirmantem amplecti dicat in sua praxi pœnitentiali, prima tamen parte praxis suæ Episcopalis loco præcitato, post argumentum ex eo à nobis adductum, sic scribit.

k *In summa.*
l *Cap.* 27. *Manual. n.* 275.
m *In cap. Alma mater. de sent excõ. lib.*6. *parte priori Relect.* §.11.*n.*15.
n *De Cathol. institut. tit.* 3.*n.*2.
o *Lib.*8. *instit. moral. ca.*10. *quæst.* 12.
p *Loco citato.*

Hac tamen nonobstante ratione, „contrarium est verius. Adest valida „ratio, ait, vltra rationes à varijs & „grauissimis auctoribus allatas: quia „videlicet sequeretur (ad partem af- „firmantem) Confessarium aliquan- „dò non benè callentem hanc mate- „riam hęreseos, posse absoluere, & ci- „tiùs manum imponere, non addito „sufficienti pharmaco huic morbo „pessimo, si darentur laxæ habenæ. „Cùm ergo sit maximi momenti, op- „timo consilio dicti Summi Pontifi- „ces, hoc sibi reseruârunt delictum, „nulli concedendo, nec vigore Iubi- „læi; licet aliquandò hoc concedatur „explicitè, pro vt in Iubilæo conces- „so à Sanctissimo Papa Sixto V. & „Clemente VIII. vt dictum est. Ex „quo sumitur, quod nisi specialiter „concedatur, non intelligitur gene- „raliter concessum per caput *In gene- rali.* [q] Hactenus dictus Episcopus Mi- norensis.

Cui & superiùs allegatis auctoribus subscribit Chappea-ville, [r] qui ex Si- manca [s] obseruat, ab hæresi quali-

q *De regul. iuris lib 6.*
r *Posteriori part. de casib. reseruat. cap. 1. q. 3.*
s *Cap. 3. de institu. Catholi.*

cunque absoluere posse Inquisitorem, etiam absque consensu Sociorum.

6. Secundum verò dubium speciale propositum initio huius capitis: An videlicet Prælati Regulares expressam habentes facultatem absoluendi suos ab hæresi & omnibus alijs casibus bullæ Cœnæ, quibusdam tamen exceptis alibi enumeratis, idque perpetuis futuris temporibus, possint iam eosdem suos subditos extra Iubilæorum tempora absoluere? Satis ex ijs, quæ dicta sunt [u] ex Iacobo de Graffijs [x] & Francisco Suarez [y] facilè solui poterat, maximè posita exceptione siue clausula *Nisi in eis &c.* ex qua concludebat Suarez, non esse reuocata per bullam regularia priuilegia, quæ specialiter eis hæresim & casus Cœnæ concedunt: quæ quidem clausula, reperitur in processibus eiusdem Cœnę, Sixti Papæ V. & Clementis VIII. Quo in negotio tamen, iam attendendum diligentiùs S. Dom. N. Paulum V. de sua bulla Cœnæ Pontif. sui an. 1. publicata Romæ die Iouis Sanct. vltim. prę-fatam exceptionem, *Nisi in eis*, sustulisse, & penitus eliminasse. Imo verò,

u Cap. 27. n. 4.
x Lib. 1. aurear. resolution. cap. 13. num. 34.
y Tom 5. ad 3. part. D. Thom. disputa. 21. sect. 3. n. 4.

eiusdem Pontificatus sui anno secundo, expressè omne priuilegium omnemq; facultatē ademisse Prçlatis Regularibus quorumuis Ordinum suos absoluendi ab hæresi in vtroque foro; necnon cognoscendi, procedēdi, puniendi, aut coercendi suos monachos aut religiosos hæreticos, etiam vbi nulli sunt Inquisitores, vt mihi à prima huius operis editione scripsit disertis verbis Reuerendus Pater Hieronymus Durant, totius nostri Ordinis Romæ Procurator & per Italiam Vicarius Generalis, & clariùs euidentiùsq; patet ex eiusdem Pontificis Pauli V. Constitutione quam ad me authenticam transmisit his verbis conceptam.



S. D. N. PAVLI PAPÆ V. CONSTITVTIO,

QVA REVOCANTVR FACVLtates Superioribus quorumcumq; Ordinum concessæ, cognoscendi causas suorum subditorum, ad Officium Sāctæ Inquisitionis pertinentes.

PAVLVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex ea interdum, quæ à Prędecessoribus suis tēporū, & rerū qualitate id tūc exposcēte prouidè pro hæresū extirpatione sācita sunt, nouis emergentibus rationib⁹ reuocat & immutat, aliaq; desuper disponit, & ordinat, provt in Domino salubriter cōspicit expedire. Dudū siquidem fel. rec. Pius Papa IV. Prædecessor noster, sua

perpetuò valitura Cõstitutione, statuit, ordinauit, & declarauit, quòd ex tunc deinceps in omnibus Christiani Orbis partibus Inquisitores hæreticæ prauitatis, tam generales, quàm in quibusuis Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & Locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcumq; Ordinum etiam exemptorum, etiam Mendicantium professores, & Religiosos, ac etiam alios quoscumq; quouis modo priuilegiatos, & exemptos de hæresis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodo ab eorundem professorum, & Religiosorum Superioribus, vel Prælatis in causis huiusmodi præuẽti non fuissent, iuxta facultates officij Inquisitionis ipsius prauitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos secundum canonicas sanctiones castigare, atque punire possent, & valerent, ac aliàs prout in litteris ipsius Pij Predecessoris latius cõtinetur. Cùm autem rerum vsu cõpertũ sit, occasione præuẽtionũ huiusmodi nonnulla interdum impedimenta

orta esse, quominus causæ huiusmodi ea, qua decet diligentia cognoscantur. Nos de consilio Venerabilium Fratrũ nostrorum S.R.E. Cardinalium, contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum illa de medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa sciẽtia nostra, ac matura deliberatione, hac nostra etiam perpetuò valitura Constitutione, omnia, & quæcumq; priuilegia, indulta, facultates, & concessiones Generalibus, Superioribus, & Prælatis quorumcumque Ordinum, siue Mendicantium, siue Clericorum Regularium cuiusuis ordinis, & instituti, etiam in dicta Constitutione non expressorum, & quantumuis exemptorum, & quocumque nomine nuncupentur per dictũ Pium, ac quoscũque Rom. Pont. Prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, approbata, & innouata, & quantumuis etiam longissimo tempore obseruata, causas ad dictum officium quouis modo spectantes cognoscendi, & terminandi, seu in illis quoquomodo se intromittendi, quorum omnium, & singulorum tenores, etiamsi de illis specialis,

ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium *perpetuò caſſamus, reuocamus, & abolemus, ipſiſq. Generalibus, Superioribus, & Prælatis, vt de cætero quouis quæſito colore, vel prætextu præuentionis, vel conſuetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeu cognoſcendi, an delationes huiuſmodi calumnioſæ ſint, necne, in eiſdem cauſis, tam motis, quàm mouendis quoquomodo ſe intromittere, ſeu immiſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare, proceſſus conficere, cauſas ipſas cognoſcere, definire, vel terminare minimè audeant, ſeu præſumant ſimili auctoritate diſtrictius inhibemus, volentes, & expreſſè mandantes*, vt ipſi Religioſi poſſint, & debeant omnes, etiam Ordinum huiuſmodi profeſſores, de hæreſi ſuſpectos *Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum viciniioribus*, liberè denunciare, abſq; eo, quòd Superiores prædicti perſonas denunciandas, & cauſas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, ſeu præſumant. Inſuper omnes, & quaſcumque cauſas ad dictum

officium quomodolibet spectantes, & pertinentes *coram Generalibus, Superioribus, & Prælatis huiusmodi in quibuscumq; locis existentibus*, ac contra quoscumq Religiosos, vt præfertur, exemptos motas, & pendentes ad nos harum serie auocamus, easq; omnes in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur ipsius prauitatis Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum viciniori-bus terminandas committimus. Præterea ipsis Generalibus, Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus, atq; mandamus, vt oēs processus, & acta Causarum huiusmodi Inquisitoribus, seu Ordinarijs prædictis respectiuè remittant, & consignent; *necnon professores, Fratres, & Religiosos supradictos, quos hæresis labe infectos, vel suspectos, etiam in visitatione esse nouerint, absq; alia consultatione cum proprijs Superioribus facienda, eisdem Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus* respectiuè denuntient; quòd si Generales, alijq; prædicti *præsentibus Literis non paruerint, eos omnes priuationis quarumcumq; dignitatū, seu prælaturarum, vel officiorum suorum ordinum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, perpe-*

tuæq; inhabilitatis ad easdem, necnon contra fautores hæreticorum, & impeditores officij statutas, & inflictas pœnas, aliasq; censuras Ecclesiasticas etiam excommunicationis maioris latæ sentẽtiæ, à qua non nisi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolutionis beneficium valeant obtinere, *eo ipso incurrisse*, necnon præsentes Literas licet Generales, Superiores, & Prælati prædicti, aut quicumq; alij, quauis auctoritate, dignitate, vel officio, seu honore fulgentes in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, sicq; per quoscũq; Iudices, & Cõmissarios quauis auctoritate fungẽtes, etiã Sãctæ Romanę Ecclesię Cardinales sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: irritum quoque & inane, si secus super his à quoquã quauis auctoritate scien-

ter, vel ignorãter contigerit attentari decernimus, & declaramus. Non obstantibus prædictis, ac quibusuis alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum, & institutorum quorumcumque iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoqu indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac personis, etiam per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem prædictam, & per nos quouis modo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus, ac alijs omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstare possent etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorũ

tenores pro plenè, & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsētes litteræ ad omnium notitiam deducātur, neue aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat, illas in Valuis S. Io. Lateranensis, & Principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac Acie Cāpi Floræ de more affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa dimitti, ac post publicationem huiusmodi omnes, & singulos, quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent, quodque earum transumptis etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra vbique gentium, & locorum adhiberi volumus, & mandamus, quæ eisdem originalibus literis adhi-

beretur, si essent exhibitæ, vel ostensæ, & nihilominus, vt ad maiorem notitiam singulorum, & quorumcumq; *Religiosorum prædictorum præsentes deueniant, etiam volumus, & in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus Generalibus, Superioribus, & Prælatis prædictis, vt in primis proximis futuris Capitulis, seu Congregationibus Prouincialibus vel Generalibus cuiuscũque Prouinciæ, tam in Italia, quàm extra, præsentes nostras Literas legi, & publicari faciant, & procurent.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cassationis, reuocationis, abolitionis, inhibitionis, mandatorum, auocationis, commissionis, præceptorum, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Marcũ, Anno Incarnationis Dominicę 1606. Kal. Septemb. Pont. nostri Anno secundo. P. Prodat.

Registrata apud Scipionem Secretarium.

Scipio Cobellutius. S. DE VRSINIS.

Anno à Natiuitate D.N.Iesu Christi 1606. Indictione 4. Pont. autẽ Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Diuina Prouidentia PP. V. Anno secundo, Die verò tertia Mensis Octobris, supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, per me Io. Baptistam Menochium, eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, *Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ.* M. DCVI.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

SVMMÆ.

1. *Apertius quàm antehàc de Monialibus, sed præsertim de Canonicis sæcularibus agitur.*

2. *Canonicarum statum tolerat non autem approbat Ecclesia.*

3. *Sunt exemptæ aut non exemptæ: & quid inde consequatur?*

4. *Non sunt Monachæ & Religiosæ, atque ideò non possunt confiteri Sacerdotibus non approbatis ab Ordinario iuxta Concil. Trid. Quem superiorem habeant & proprium Sacerdotem exemptæ? Et quem non exemptæ?*

5. *Deplorantur quidam earundem mores & corruptellæ.*

6. *Omnes Canonicæ & Moniales exemptæ, aut non subsunt iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum; & quomodo?*

7. *Illas annis singulis possunt & tenentur visitare; & in quibus?*

8. *Exceſſus deſcripti in Clement. Attendentes, coërcendi in Monialibus, ſunt etiam in Canonicis caſtigandi & eliminandi.*

9. *Non licere in odioſis & pœnalibus à ſimili argumentari, quomodo ſit intelligendum?*

10. *Voluptuoſa vita execrabilior, & maiora ex naturali iure parit ſcandala in fœmineo ſexu, quàm in maſculino.*

11. *Canonicæ & Moniales dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, & Moniales gaudent priuilegio Canonis* Si quis ſuadente.

12. *Controuertitur: An dictæ Canonicæ eodem potiantur priuilegio?*

13. *Ex Rota, Canonicæ ſunt conueniendæ coram Iudice Eccleſiaſtico tanquam perſonæ miſerabiles non merè ſæculares aut Eccleſiaſticæ.*

14. *Concluditur eas quamdiu præbendam habent, & habitum geſtant Eccleſiaſticum notanter ab habitu ſæcularium fœminarum diſtinctum, cenſendas eſſe perſonas Eccleſiaſticas, & gaudere priuilegio Canonis.*

15. *Si diu incedant ſine ſuo Eccleſiaſtico habitu, illis vtique tum dictum denegatur beneficium.*

1. VT autem interruptũ diù multumque de proprijs Abbatũ & Regularium, siue Monachorũ, Abbatissarum item & Monialium Confessariis filum connectamus; quæ hac de re diximus, pro Monialibus prçsertim, sunt haud dubiè etiam intelligenda pro maiori parte, de illis mulieribus, quæ dicuntur Canonicæ sæculares; quia, vt Canonici sæculares vitam ducant, non renunciantes proprio, nec professionem aliquam facientes, frequentes in Lotharingia & Flãdria, & in quibusdam alijs locis & terris.

2. *Quarum tamen statum, Regulas & Ordinem se tolerare, non autem approbare testatur Ecclesia.* [a]

3. Sunt enim illæ exemptæ, aut nõ; aut alium ab Episcopo specialem Prælatum Superiorem habent & recognoscunt, aut nullum. Si exemptæ [...]t & Prælatum specialem habeant Superiorem, tùm ille est proprius earum Confessor, illique aut solis ab eo deputatis, aut de eiusdem licentia alijs confiteri possunt, siuè domi, siuè foris fuerint.

[a] *Clem. 2. Attendentes tit. de statu. Monach. & cap. Indemnitatibus tit. de elect. lib. 6.*

4. *Et cùm Monachæ aut Religiosæ non sint, non possunt profectò confiteri etiam delegatis & permissis aut electis Confessoribus non approbatis à diæcesanis pro tota diæcesi.*

Quandoquidem nulla est ratio, vt plus habeant, aut habere debeant seu possint illæ priuilegij, quàm Canonici & Presbyteri sæculares, qui (vt superiùs demonstrauimus) ex Sacro Concilio & Congregatione Cardinalium Concilij Interpretum tantùm Confessoribus per Episcopos approbatis domi, forisve confiteri validè possunt, nonobstantibus priuilegijs, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, vt dicunt.

At si exemptæ sint, sed nullum specialem habeant Superiorem, tùm diæcesanus, vt delegatus Apostolicus, est proprius earum Sacerdos, illique aut solis per eum approbatis, confiteri possunt.

Quæ verò exemptæ non sunt, diæcesanum habent, vt Ordinarium & nō delegatum Superiorem & proprium Sacerdotem, ab eoque aut ab approbatis, & permissis per eum Confesso-

ribus, dictæ Canonicæ validè absolui possunt, excepto mortis articulo aut periculo.

5. Deploranda sanè (inter alias multas corruptiones) earum consuetudo, seu potiùs & veriùs corruptela; cùm enim sæpe & per annos integros, & interdum ampliùs, à propria Ecclesia abesse & per diuersa vagari loca soleant, nonobstante sua absentia fructus omnes suarum præbendarum percipere audent, non secus quàm si præsentes fuissent (iure ne an iniuria, Ipsæ, earumque Superiores & Confessores viderint) & id quidem absque vllo scrupulo, priuilegio, concessione seu permissione Episcopi, aut alicuius alterius Superioris legitimi: & quibusuis Sacerdotibus, etiam non approbatis, nullam in eas iurisdictionem ordinariam habentibus confitentur, in locis suæ residentiæ & extra, & inualidè ab eisdem absoluuntur. Confessio siquidem facta Sacerdoti non proprio, aut iurisdictionem ordinariam vel delegatam non habenti in pœnitentem, nulla est prorsus, nulliusque roboris aut momenti.

Quibus conſideratis, quis miretur ſi effrænatiùs & tanta cum libertate viuant; pudet dicere quod ſæpe ſæpius, liberius quàm ipſi Canonici ſæculares, quàmque filiæ aut mulieres ſæculares, Imò videre eſt eaſdem quotidiè, impleto marſupio ſumptibus Crucifixi, eidem & ſuæ Eccleſiæ valefacere, alium ducere ſponſum & maritum, vt ſatis illud Apoſtoli illis conuenire poſſit; cùm luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, primam fidem aut propoſitum irritum facientes. *1. ad Timo. cap. 5.*

6. Velint profectò nolint-vè huiuſmodi Canonicæ, aut etiam Moniales non exemptæ, ſubſunt directè & omninò iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni diœceſanorum. Exemptæ autem & immediatè à Sancta Sede & à nullo alio Superiore dependentes, ſubſunt prorſus auctoritati, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni eorumdem Epiſcoporum diœceſanorum. Sunt enim illi hac in parte delegati à Sancta Sede per Concilium Viennenſe ſub Clemente Papa V. vt patet expreſsè ex Clementina ſecun-

da *Attendentes*,[b] & ex Tridentino.[c]

b De statu Monachorum.
c Sess. 25. de regul. c. 9.

7. Imo-verò, dictas MONIALES Canonicas annis singulis possunt, & visitare tenentur.

Visitatores autem huiusmodi (ait dicta Clementina) *sollicitudinis studium diligenter impendant, vt Moniales ipsæ, quarum nõnullas dolẽtes audiuimus in subscriptis excedere, pannis sericis, variorum* Fo*deraturis, Sandalicijs, comatis & cornutis crinibus, scacatis, & virgatis caputiolis non vtantur, non die, noctuque per vicos & plateas incedant, aut voluptuosam aliàs vitam ducant, easque solertiùs retrahant ab insolẽtijs quibuslibet & mundi huius illecebris, & easdem inducant ad impendendum in monasteriis suis deuotum & debitum Domino famulatum.*

Ad quæ omnia obseruanda Moniales easdem (nonobstantibus exemptionibus, priuilegiis quibuscunque, quibus tamẽ quo-ad alia nolumus præiudicium generari) per illos de quibus supra dictum est, hoc est locorum Ordinarios, vel Superiores quibus subsunt Moniales & Canonicæ, compelli iubemus remediis opportunis, illasque mulieres quæ vulgò dicuntur Canonicæ sæculares, & vt Canonici sæculares vitã ducunt, non re-

nunciantes proprio, nec professionē aliquā facientes, per locorum Ordinarios si exemptæ non fuerint, sua, si vero exemptæ fuerint, Apostolica auctoritate præcipimus visitari, &c. Si qui vero visitatores ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu aliquo præmissorum (nisi moniti resipiscant) ipso facto excommunicationis sententiam se nouerint incursuros, priuilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuslibet in contrarium minimè valituris. Hactenus Clemens Papa V. in dicta constitutione, sacro approbante Concilio Viennensi edita. Quibus etiam accedat Concil. Maticonensis placitum renouatum & confirmatum in Concil. Tridēt. Sess. 14. cap. 6. his verbis. Quia vero, etsi habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, vt per decentiam habitus extrinseci morum honestatem extrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religionisque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem Clericalē paruipendentes, vestes etiam deferāt publicè Laïcales, pedes in diuersis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus:

propterea omnes Ecclesiasticæ personæ quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia aut beneficia qualiacũque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentẽ, & iuxta ipsius Episcopi ordinationẽ, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, necnõ, si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiusmodi coërceri possint & debeant.

8. Si quis autem velit & dicat excessus descriptos, in Monialibus visitari & corrigi debere per Visitatores & Superiores, non autem in Canonicis; quia scilicet, in præfata Constitutione Clementis V. §. *Visitatores autem*, de solis MONIALIBUS in prædictis & enumeratis abusibus excedentibus, non autem de Canonicis & MONIALIBUS simul loquatur Pontifex. *Quia*

etiam

etiam in pœnalibus & odiosis non liceat à simili & extra proprios constitutionum pœnalium terminos argumentari & concludere.

Respondemus, quòd id quidem admittendum esset, si constitutio in toto textu nullam de huiusmodi Canonicis mentionem faceret, & post dispositionem de Monialibus & Canonicis expressam, in fine ita non cōcluderet, *Si qui verò visitatores ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu aliquo præmissorum, &c.* Visitatores ipsos, vtique tam Monialium quàm Canonicarum, in præmissis seu aliquo præmissorum excedentium; ergo ly præmissa, hoc est descriptos specificatosque abusus in Monialibus, etiam & in Canonicis ipsis intendit Pontifex & Concilium debere visitari & corrigi.

9. Adde, non licere quidem in pœnalibus à simili argumentari, vbi nimirùm, non est identitas causæ & rationis, aliàs secùs: at eadem ratio, eademque causa postulat, vt non toleretur in Canonicis, aliter quàm in Monialibus quod voluptuosam vitam de-

gant. Canonicæ enim Dei Ecclesiæque cultui & seruitio sunt mancipatæ, deuotumque ac debitum Domino in suis Ecclesijs præstare ac impendere debent famulatum.

Denique, excessus prædicti, pro maiori parte, voluptuosaque vita, cũ clericis & Presbyteris sæcularibus, tot tantisque sanctissimis Constitutionibus & decretis prohibeantur, qui specialiter in sortem Domini vocati sint, ideoque personæ vocentur Ecclesiasticæ, quarum vita longè modestior, perfectiorque quàm merè sæcularium esse debeat, haud dubiè multò magis censendi sunt prohibiti mulieribus Canonicis, de quibus nobis est sermo.

10. Voluptuosa quippe vita longè deformior apparet naturaliter, maioraque detrimenta & scandala in sexu parit fœmineo, quàm in masculino, in Clericis presertim seu personis Ecclesiasticis.

11. Licet enim propriè mulieres Clericæ esse non possint, Moniales tamen & Canonicæ huiusmodi, personæ dicuntur Ecclesiasticæ, & Monia-

les ſine aliqua controuerſia, nec non ex communi Doctorum calculo clericali priuilegio gaudent, & Canonis *Si quis ſuadente*, imò etiam Nouitiæ.

12. An verò & Canonicæ? controuertitur, maximè quo ad beneficium dicti Canonis *Si quis*, vt videre eſt apud Felinum. e

e *In ca. Dilecta extra. de maiori. & obedientia.*

Tangit, ait, Abbas vltra alios; nun-
„quid iſtæ Canonicæ ſęculares dican-
„tur perſonæ Eccleſiaſticæ aut Reli-
„gioſæ? Et vult quod nō gaudeant priuilegio Canonis, *Si quis ſuadente*. f Idē tenet Ioannes Andreas hîc, dicit tamen aliquos diſtinguere, Vtrùm verberentur eo tempore, quo ſeruiunt in Eccleſia & habent habitum religionis, & tunc verberans incurrit excōmunicationem: aut tempore quo non ſeruiunt, & non habent habitum religionis ſiuè Eccleſiaſticum: & tùm non incurrit, hancque diſtinctionem (ſubiūgit Felinus) ſequitur Rota & Dom. hic dicens; quod pro ea poteſt adduci textus capitis *Religioſo*, de ſent. excō. vbi etiam nouitius gaudet priuilegio dicti Canonis. Ita etiam dicit Rota, *

f 17. q. 4.

* *De Regularibus decis, 1. in antiquis.*

quod licet istæ possint contrahere matrimonium, quia tamen de præsenti religiosè viuunt, videntur personæ Ecclesiasticæ, sicut Clerici in minoribus, qui non ligantur alio voto, & tamen fruuntur priuilegio dicti Canonis *Siquis*.

13. Vnde eadem Rota [g] alio in loco habet, quod benignè illæ sunt cõueniendæ coram iudice Ecclesiastico, tanquam personæ miserabiles; quia non videantur personæ merè sæculares, maximè quandò portant habitum & gaudent priuilegio Canonis allegati, atque intelligendum esse Ioannem Andream,

g *De Iure patro. decisione. 7. in antiquis.*

14. Ex quibus omnibus meritò cõcludere possumus, huiusmodi Canonicas sæculares, quandiù præbendam aut beneficium sibi competens obtinent, & in suo Ecclesiastico habitu notoriè & patenter à cœteris sæcularibus fœminis distincto, siue in Ecclesia, siue alibi incedunt, censendas esse personas Ecclesiasticas, ideoque gaudere priuilegio clericali & Canonis *Si quis suadente*, quandoquidem, cùm sit hæc materia fauorabilis, po-

17. q. 4.

tiùs amplianda, quàm restringenda videatur.

15. Si autem dimissio suo Ecclesiastico habitu, sæculariter incedunt, & ita incedentes verberantur, hoc in casu sic esse iudicandum, vt de clerico, qui sine Tonsura & habitu repertus vapulat, non ineptè putamus; quinimò prudenter asserimus, si diu multumque temporis (vt frequentiùs quàm par est assolent) cum sæculari aut plusquam sæculari interdum ac sæpiùs vagantur habitu, tùm meritò eis eiusmodi Canonis beneficium esse denegandum; quia nimirum, non sint nec esse possint propriè & absolutè Clericæ, sed conditionaliter, & in parte siue mixtè, & tunc tantum personæ Ecclesiasticæ, quando beneficium Ecclesiasticum fœmininum obtinent, & deferunt habitum Ecclesiasticum & religiosum, sicuti iam ex ipsa Rota obseruauimus.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMÆ.

1. *Abbates & Prælati Regulares omninò exempti, & potestatem quasi Episcopalem habentes in suos, habent Casus reseruatos; alios de iure communi, alios de consuetudine generali aut particulari, aut per constitutiones Synodales, Generales aut Prouinciales, aut ex eorum beneplacito, vt Episcopi.*

2. *Explicatur quid sit casus reseruatus?*

3. *Quot & qui sint casus Episcopis reseruati hodiè de iure communi?*

4. *Sit-nè Irregularitas aliqua mentalis; & quæ talis dicatur?*

5. *Quotquique sint casus hodiè reseruati de consuetudine generali?*

6. *Casus reseruati Episcopis de speciali consuetudine.*

7. *Non reseruantur peccata solùm voluntaria & interna, sed externa, & non externa dubia, sed quæ certum est esse peccata, & mortalia.*

8. *Reseruationes non debent facere Episcopi insolitas aut nimias ex Congregation. Cardinal. sed moderatas tantum; alioqui non obligant: quod & Abbatibus aptatur.*

QVia generaliter tãtùm diximus Regularium Prælatos posse sibi reseruare casus, à quibus non omnes Confessarij, etiam per eos deputati ad audiendum Cõfessiones suorum, possint absoluere; ne imperfectum, mancum, aut mutilum prodiret nostrum istud opusculum, necesse putauimus quot & quinam sint huiusmodi casus, aperire.

1. In primis itaque attendendum est, Abbates & Prælatos regulares omninò exemptos ac consectariè habentes potestatem quasi Episcopalem in suos, etiam habere casus reseruatos; alios de iure communi; alios de consuetudine generali aut speciali; alios denique per constitutiones Generales aut Prouinciales, siue ex eorundem beneplacito, quomodo & Episcopi habent in sibi subditos. Quos sane enumerare non inutile erit, si priùs pro informatione regularium Con-

fessariorum ad sæculares audiendos deputatorum & approbatorum, breuiter & summariè deduxerimus quot, & quinam sint casus reseruati Episcopis iure communi, consuetudine generali, per eorum Synodales Constitutiones, aut beneplacita?

Quid casus reseruatus.

2. Est autem casus reseruatus (secũdum doctrinam Casuitarum) crimen graue, cuius absolutio inferioribus interdicta sit. Dumque reseruatur Papæ, *Papalis casus*, si Episcopo; *Episcopalis*: si Abbati, *Abbatialis dicitur*.

Quot & qui sint casus Episcopis reseruati de iure communi?

3. *Sunt verò hodie* tres tantùm huiusmodi casus Episcopis reseruati, de iure communi, ijque absque excommunicatione.

Primus, est peccatum Clerici, cui adiuncta est irregularitas. In quo obseruandum, non solum reseruari dispensationem irregularitatis, sed & ipsum peccatum; à quo tamen, fatetur Henriquez, reum posse absolui ante dispẽsationẽ irregularitatis; & fortasse hoc est, quod quidam vocant irregularitatem mentalem.

4. At Nauarrus & Cordubensis, negant dari talem aliquam irregulari-

tatem mẽtalem, nisi (aiunt) apud quosdam scrupulosos.

Idem tamen Cordubensis & Co-
„uarruuias putant irregularitatẽ mẽ-
„talem eam intelligi, *Quæ occulta est, &*
„*oritur ex delicto exteriori.* Et Soto cum
„multis recentioribus existimat per
„bullam posse absolui irregularitatem
„illam, quæ sit pœna ex delicto, eamq́;
latè censuram dici.

Olim, *Secundus casus* erat peccatum illud, ob quod imponebatur pœnitentia publica & solemnis, sed ea iam non est in vsu.

Tertius est incendium domus, frugũ aut aliarum rerum ex proposito factũ, & qui ad incendium consilium dat, vel auxilium, quo moraliter & iniustè influit.

Quidam addunt *Quartum, videlicet*
„*blasphemiam*; sed iure non reseruatur,
„nisi sit publica, & pro foro exteriori
solùm.

Dispensatio in votis & iuramentis, Episcopis etiam reseruatur; sed non pertinet ad peccatum reseruatum.

5. Quo ad casus reseruatos Epis-

Quo & qui sunt reseruati de consuetudine generali

copis generali consuetudine iuxta Benedictum Papam XI. in extrauagante *Inter cunctas*, [h] *Primus* numeratur homicidium volũtarium; sed satis in primo casu reseruato iure communi includitur, ratione irregularitatis, hicq; casus etiam reseruatur & in laico, nec debet extendi ad membri mutilationem, & multominus ad percussionẽ.

h de priuileg.

Secundus casus, est falsificatio in lite„ris, qui nec extenditur ad testem fal„sum; nec quandò Aduocatus aut No„tarius ostendit scripturas vnius, ad„uersario eiusdem; & fortè hic solùm „reseruatur pro foro exteriori; sic„que limitat Henriquez [i] ex Tabiena.

i Verbo dispens. ad finẽ.

Tertius, est violatio libertatis Ecclesiæ.

Quartus, violatio etiã immunitatis Ecclesiæ, sed ex eodem Henriquez, vterque casus reseruatus censetur solùm, ratione excommunicationis.

Quintus, est sortilegium seu Diuinatio, provt declarauit prædictus Benedictus vndecimus. Malè igitur legunt & sapiunt, qui sacrilegium operis reseruatum putant; nec ad consuetu-

dinem generalem refertur à dicto Benedicto vndecimo.

Sextus, est excommunicatio iure communi Papæ reseruata, quæ tamen vrgente necessitate conceditur Episcopo: item excommunicationes latæ sententiæ, per constitutiones Synodales Episcopo reseruatæ.

6. *Specialis iuris consuetudine* quidam Episcopi sibi reseruant restitutionem incertorum, quæ mala fide accepta sunt, quod limitādum volunt, si dum reus confitetur, adhuc iniustè retinet. Posset enim ante confessionem sine Episcopo restituere in pia opera, aut componere se cum Papa, vel commissario cuiusdam Cruciatæ. *Casus reseruati de speciali consuetudine.*

Obseruandum item, quod dum E-
„piscopi sibi reseruant Incœstum &
„Stuprum, non intelligitur inter pue-
„ros, per quem, aut ex quo non causa-
„tur affinitas; hoc est sine seminis ef-
„fusione aut resolutione contingens,
„aliàs secus; nec eorundem puerorum
„Stuprum, quod non est specialis vir-
ginitatis species.

7. Obseruandum insuper, & id diligenter, *De facto (non autem de iure) re-*

seruari tantum peccata exteriora & quæ secundum quantitatem externi operis, & non sola relatione ad consensum externum, certò constat esse mortalia: aut quæ excommunicationi subijciuntur, vt post alios adnotauit Henriquez.

7. Vnde colligere est, quod dubia peccata, hoc est, de quibus meritò & cum ratione aut auctoritate dubium esse posset, sint ne peccata mortalia: non sunt censenda reseruata: vt sunt multa quæ non sunt consulēda vt fiant, facta verò non improbanda (quia nimirum benè & malè fieri possint) si tamen simpliciter & bona fide & sine peccandi animo illa facta fuerint.

De reseruatis per constitutiones Synodales & Episcoporum beneplacita, nulla certa regula, aut enumeratio seu specificatio dari potest; quippe quòd illi pendeant ex fortuitis temporibus & casibus, eorũdemque Episcoporum arbitrio. Vnde fit, vt quidã reseruentur in vna Diæcesi, in alia minimè & plures ab vno Episcopo, quã ab alijs. Omnes siquidem Episcopi, & qui potestatem in vtroque foro Ordinariam quasi Episcopalem exercent (quales sunt quidam sæculares Præla-

ti, & Abbates exempti, Generales, & Prouinciales Religionum in ſuos ſubditos reſeruāt caſus, etiam abſque excommunicatione: quanquam & cum eâdem interdum etiam reſeruare poſſint; atque ita caſus differt à cenſura, etiam reſeruata.

8. Reſeruationes tamen non debent facere Epiſcopi inſolitas aut nō maturas, pro-vt ex Sacra Congregatione Cardinalium Concilij Interpretum, imò & Epiſcoporum multis in locis, & ex conſtitutione quadam Clementis VIII. facta. 9. menſis Ianuarij 1601 itemque ex Declaratione decreti eiuſdem. 26. Nouembris 1602. facilè comprobari poteſt. Ibi enim eadem Sacra Congregatio S. „R. E. Cardinalium negotijs & con„ſultationibus Epiſcoporum, & re„gularium præpoſita, ne Epiſcopi ea in re modum excedant, illos rurſus „magnoperè admonendos cenſet, vt „non paſſim, ſed cùm id videbitur cō„muni bono expedire, atrociorum „tantùm & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, *quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam reti-*

nendam conferat, & in ædificationem, non autem in destructionem cedat: ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius subsequatur effectus.

Hæc sanè propria eiusdem sunt verba, & clausulæ decreti præfatæ Congregationis per eundem Clementem VIII. confirmati & postea declarati.

Iure itaque adnotat Henriquez, E„piscopos non debere reseruationes „nisi moderatas & in ædificationem „propriæ Diæcesis facere: relinquere „autem Ordinarijs Parochis (*Vt & regularibus priuilegiatis & expositis, qui habent quandam ipso iure à Papa delegationem, posita approbatione*) congruam iurisdictionem.

Quod si à Superiore, vt à Papa, non „coërceatur Episcopus excedens; „quia nimirum longius distat, non „videtur (ait Henriquez) obligare in„solita Episcopi reseruatio, cùm ad il„lius obligationem requiratur vtili„tas communis, & in hoc limitatur „ipso iure potestas hæc reseruandi

casus in Episcopo.

Aduertendum etiam, prædicta ap-
„tanda esse Abbatibus & alijs Prælatis
„regularibus; moderatos enim casus
„sibi reseruare debent per constitu-
„tiones Generales, Prouinciales, vel
„beneplacita, vltra alios illis reserua-
„tos, non secus atque ipsis Episcopis,
„tàm de iure communi Canonico, aut
„suorum institutorum, quàm de con-
„suetudine generali Ordinum, aut
„speciali diuersarum terrarum, Re-
„gnorum, aut Prouinciarum, quos hîc
inseremus.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

SVMMÆ.

Explicantur casus reseruati de iure communi regularum, & constitutionum; & de consuetudine generali aut speciali Ordinum Regularium, præsertim Benedictinorum & Minimorum.

VLtra præfatos casus reseruatos iure communi Canonico Prælatis omnium Ordinum, iure etiam communi suarum regularum, reseruantur Violationes trium votorum essentialium; hoc est, Obedientiæ, Castitatis & Paupertatis, quibus addunt Minimi quartum votum sibi substantiale, videlicet, Vitæ Quadragesimalis perpetuæ, iuxta modificationes & limitationes in sua regula positas; præter quos quatuor casus, de suarum constitutionum generalis, aut specialis cuiuspiam consuetudinis iure, nullos illi habent prorsus reseruatos, etiam occultos.

Monachi nigri, præsertim Congregationis Cassinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ, quibus & nunc temporis iunctæ sunt aliæ eiusdem Ordinis congregationes, vt Casalis-Benedicti, Sancti Germani de Pratis Lutetiæ, Sancti Vitoni in ciuitate Virdunensi, Medij-Monasterij in Vosago, Sancti Michaëlis in Lotharingia, plures habent casus reseruatos iure speciali cuiusdam bullæ Leonis X. sub data. 12. Kal. Martij. 1515.

1515. Per eam enim Præsidenti, & Visitatoribus reseruantur.

Primò. Si qui accesserint ad Monasteria Monialium, non seruata forma in suis constitutionibus contenta.

2. Comedentes carnes extra Monasteria aut alia loca eis annexa, contra formam præstitutam, & exceptis casibus in Ordinatione expressis.

Si tamen delinquentibus difficile esset Præsidentem, aut Visitatores adire, tunc per suos Prælatos, si Monachi simplices: si verò Prælati, hoc est Abbates, per Priores; at si Abbates ibi non sunt, Priores tùm per vnum ex Senioribus sui Monasterij absolui possunt; hac tamen imposita pœnitentia, vt Præsidenti, aut vni ex Visitatoribus quàm primum commodè poterunt, se præsentent. Insuper, quoties carnes commedendo contrauenerint, vna die pro qualibet vice, pro peccati sui satisfactione in pane & aqua ieiunare eis præcipitur.

3. Apostatæ, fugitiui, & licentiati, qui licentias suas non seruauerint, propter sententiam excommunica-

tionis quam ideò incurrunt, non possunt absolui nisi à Præsidente, aut Visitatoribus, aut à proprio Priore, quem dicunt Prælatum, vbi Abbas non est.

4. Si quis de dictis Congregationibus, Prælatus, Monachus, Commissus, aut etiam Nouitius, in electione Definitorum practicam fecerit directè, aut indirectè, eo ipso sententiam excommunicationis, à qua, præterquam à Patre Præsidente, absolui non potest; & insuper inhabilitatis ad omnes dignitatis gradus, Officia, & Administrationes, per quinquennium à die transgressionis incipiendum & numerandum, pœnam & notam incurrit. Quæ etiam alijs in Ordinibus ex iure communi satis esse sancita intelligenda sunt, & ex quibusdam Pontificijs Constitutionibus, sub alijs pœnis & censuris præfatis grauioribus, seuerissimè condemnata & prohibita sunt.

Decē & octo casus reseruati apud Benedictinos reformationis Sāctæ Iustinæ.

Sunt & alij decem & octo casus Prælatis seu Prioribus eiusdem Congregationis Sanctæ Iustinæ reseruati per suas constitutiones Synodales seu Ca-

pitulares, à quibus nemo, niſi à dictis Prælatis, aut quibus illi commiſerint, abſolui poteſt.

Primus. Si quis, quod abſit, in lapſum carnis ceciderit.

Secundus. Si quis in ſe vel alterum intentione corrupta, quæ mortale peccatum inducat, actus fecerit impudicos.

Tertius. Si quis proprietarius fuerit.

Quartus. Si quis rebellis manifeſtus fuerit contra Obedientiam.

Quintus. Si quis furtum commiſerit.

Sextus. Si quis alium percuſſerit.

Septimus. Si quis ſectam & practicam fecerit.

Octauus. Si quis literas miſerit aut acceperit, aut Eulogia, abſque licentia ſui Prælati.

Nonus. Si quis ignem incautè tractauerit, vel candelas accenſas ad lecticas, vel parietes ligneos applicauerit, ita vt periculum ſequi poſſit.

Decimus. Si quis mendacium alicui pernicioſum ex induſtria dixerit.

Vndecimus. Si quis aliquod falſum

Prælato aut fratribus imposuerit.

Duodecimus. Si quis falsificauerit litteras, vel sigilla.

Decimus tertius. Si quis miserit nuncios aut ambasiatas sine licentia Prælati.

Decimus quartus. Si quis reuelauerit secretum Capituli aut Congregationis, intra vel extra dictam Congregationem, in ipsius, aut particularis a[l]cuius personæ infamiam, aut perturbationem.

Decimus quintus. Si quis sine licentia carnes manducauerit.

Decimus sextus. Si quis aparuerit literas directas ad Præsidentem, vel Visitatores, vel literas signatas sigillo Cõgregationis, nisi de licentia eorum ad quos diriguntur.

Decimus septimus. Si quis sine licentia Prælati, vel eius Vicesgerentis, Monasterio egreditur.

Decimus octauus. Si quis Monachus, Commissus, aut Nouitius, aliquod secretum extra sacramentalem Confessionem, sub sigillo Confessionis ab aliquo de ipsa Congregatione acceperit, non potest absolui nisi à suo Prælato,

iniuncta tamen pœnitentia ieiunandi tribus diebus in pane & aqua in terra, per vnius mensis spatium.

Quæ omnia Gregorius XIII. Pontificio diplomate confirmauit, publicataque fuêre in comitijs Patrum anno 1579.

Petrus à Sancto Audomaro, aliàs à VValoncapelle instituti D. Benedicti, in omnibus Monasterijs & locis reseruari etiam arbitratur Sacrilegium illud, quo personæ dicatæ Deo, iniuria fit; & illud, quo locus sacer violatur. Item tertium, quo res sacræ prophanantur, ac consectariè omnes illos sacrilegos, qui contra Sanctitatem suæ professionis, vel alterius, actu fornicãtur vel adulterantur.

Alij casus generaliter & vbique reseruati in ordine B. Benedicti nimirum.

Sacrilegi.

Qui etiam violentas manus in Monachum, aut Clericum inijciunt, præsertim si percussio non sit enormis & excessiua; alioqui recurrendum esset ad S. Pontificem. V.G. si in Prælatum proprium aut Episcopum manus violenta missa fuerit, vel in quemuis aliũ vsque ad occisionem, membri-vè alicuius mutilationem, vt habetur in cap. *Cum illorum.* [k]

Percussores Monachorũ aut Clericorum.

k De sentẽt excõ. extra.

Loca sacra polluentes. Qui etiam locum sacrum per sanguinis aut seminis effusionem voluntariam polluerint. Denique qui res sacras furantur, vel indignè tractant seu prophanant; vt diuinissima sacramēta, sanctorum reliquias, imagines, vestes, vasa, & alia sacris mysterijs per consecrationem deputata.

Res sacras furati aut prophanantes.

Arma tenētes. Qui etiam arma tenent intra septa Monasterij, quia huiusmodi à Clemēte V. excommunicatione feriuntur, cuius absolutio debet reseruari Prælatis, vt docet caput *Nuper* [1]

[1] Lib. 5. de sētent. excom. & summa Syluest. Cajet. & D. Anthon.

In quibusdam verò Monasterijs & locis etiam habet, reseruari absolutioni Prælatorum Susurrones, & discordiarum seminatores. Cuius exceptionis seu reseruationis causam & necessitatē docet Sapiens. Susurro (inquit) * & bilinguis, maledictus; multos enim turbauit pacem habentes. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis, & Susurrone substracto, iurgia conquiescent.

Susurrones.

** Ecclesiast. 28.*

prouerbior. 26.

Et quidem, cùm pax & concordia, sit præcipuum bonum in communi cœtu, constat huiusmodi Susurrones, *Peste ipsa, & contumeliosis, detractoribus-*

que perniciosiores esse, grauiſſimeq; peccare V. ndeidem Salomon [m] inter ſeptem ſceleratos, peſſimum eum pronunciat, qui inter fratres ſeminat diſcordias. Eſt autem eiuſmodi, qui dicit, aut facit aliquid, quo inter fratres & amicos diſcordiæ oriantur: teneturque haud dubiè & omninò in vtroque foro, quam diſſoluit iterum colligare amicitiam, vt qui detrahit famam bonam, detractam reparare quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Ad quod ſanè, non ſatis aut ſaltem raró & leuiter admodum attendunt varij Confeſſores, Regulares.

m *Prouerb.* 6.

Reuelantes Capituli & Ordinis ſecreta.

Reſeruantur & reuelatores ſecretorum Cpituli; non tamen omnes, ſed tantum qui ea, quæ ibi tractata ſunt referunt eo fine, vt ſimultates, ac diſcordias excitent, vel infames aut odioſos reddant aliquos, nulla ad id iuſta neceſſitate, pro ſua aut aliorum defenſione, aut iuſtificatione compulſi.

Qui aleis ludunt.

Item reſeruantur Luſores alearum & taxillorum, prohibet enim Innocẽtius III. Clericis, ne officia & com-

nere & impendere? Quod si gratis & animi tantùm recreandi gratia ludunt huiusmodi lusibus, attendant (rogo) eos lusus, nulla ratione statui regulari conuenire; attendant iterum, se pusillis & sæcularibus ipsis scandalum dare.

Denique sunt qui etiam velint Prælatis reseruari, non vbiq; sed quibusdam in locis tantùm, Canonicarum horarum recitationem omittentes. Item molles, hoc est, qui soli, aut etiam cum alio, sine concubitu, effusione volũtaria proprij seminis seipsos polluũt. De quibus dicit Apostolus; [n] neque molles regnum Dei possidebunt: Et, [o] qui templum Dei violauerit, disperdet eũ Dominus; Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

[n] 2. Corinth. 6.

[o] 1. Corinth. 3.

Mollities & pollutio vbique reseruanta.

At profectò mollities & pollutiones voluntariæ sunt vbique reseruandæ, quippe quæ voto castitatis ex diame..o & directè aduersentur, vt statim dicemus.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

SVMMÆ.

1. *Enumerantur casus, quos iam cuiusuis Ordinis Superiores tantùm sibi reseruare possunt ex Constitutione Clementis Octaui.*

2. *Explicatur, quid per lapsum carnis opere consummatum, in eadem constitutione intelligatur.*

3. *Pollutio voluntaria; etiam simplex & sine concubitu, ex diametro voti virginitatis & castitatis aduersatur: & peccatum est ipso incæstu grauius.*

4. *Quando pollutiones nocturnæ, impudici oculi, fœda verba, & contactus impuri reseruentur Superioribus, & quando non?*

5. *Sunt grauiter & seuerè à Confessoribus arguendi, Regulares præsertim, impudicis tactibus dediti.*

6. *Si expediat Prælatum non cognoscere reum alicuius peccati reseruati, non debet delinquentē grauare, sed facilè suam concedere facultatem pro-*

bato Confessario petenti: si item Prælatus præsens perperàm facultatem petitam deneget, tum vrgente præcepto aut consuetudine, celebrare potest aut communicare, & quare?

7. Si homo excommunicatione ligetur, aut irregularitate ratione alicuius criminis occulti, de quo iam suspectus sit, ostenditur quod ei liceat missam facere, aut communicare absque noua culpa aut pœna pro summo suo iure tuendo.

8. Homicida occultus, vel irregularis secretus, causa vitandi scandalum vel infamiam grauem, si non sit in mora petendæ absolutionis aut dispensationis, potest præuia contritione & Confessione, quamuis non absoluatur à Confessario, quia obstet censura reseruata Superiori absenti, celebrare.

9. Episcopi & Prælati possunt indubiè à solis reseruatis auditis sacramentaliter absoluere, quod falsò quidam denegant.

10. Absolutus à solis reseruatis per Superiorem, tenetur postea inferiori iterum peccata reseruata confiteri cum cæteris à quibus absolutus non fuit, & quare?

11. Non inconuenit ex Christi præcepto, vt peccata reseruata aliquandò duobus manifestari debeant: vnde exploditur illorum sententia, qui do-

cent satis esse inferiori postea sola non reseruata confiteri.

12. *Pœnitens habens casus reseruatos, si priùs inferiori confiteatur debet ei integrè reseruata & non reseruata confiteri, quod falsò à quibusdam reijcitur & negatur.*

13. *In mortis articulo directè absolutus ab omnibus, non tenetur iterum peccata subijcere Absolutioni sacramentali, sed solus excommunicatus in exteriori foro, aut si malit, in foro poli.*

14. *Absolutiones datæ à Prælatis & Superioribus Regularibus in suis visitationibus, aut maioribus festiuitatibus à sibi reseruatis, omnem reseruationem auferunt, & quare?*

IN hac tamen casuum regularium reseruatorum materia, notanda est celebris illa Clementis VIII. constitutio perpetuò valitura anni 1593. sub data apud S. Petrum 26. mensis Maij. Quamuis enim tam ex iure communi, quàm ex priuilegijs variorum Pontificum prædecessorum, possent Prælati regulares, eos omnes occultos casus inter fratres subditos, quos generaliter voluissent sibi reseruare; vt tamen eorumdem immoderatas reser-

tationes compesceret ac rescinderet penitus, summa cum sapientia, prouidentiaque, quieti, consolationi & moderatæ libertati conscientiarum regularium consulere volens, Declarauit & statuit, vt perpetuis futuris temporibus omnes regularium Superiores cuiuscunque Ordinis illi sint, quæ sequuntur delicta omnia tantùm, aut illorum aliquot in posterum sibi reseruare valeant. Cuius quidem Decreti tenor, succus, siue substantia sequitur.

Casus quos Regularium Superiores sibi possunt reseruare ex Decreto Sanctissimi Clementis Papæ VIII.

1. In primis, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut eorum aliquot, pro vt expedire prudenter cognouerit.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia, Apostasia à religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eò perueuenerit, vt extra Monasterij siue Conuentus septa fiat egressio.

Nocturna & furtiua è Monasterio

seu Conuentu egressio, etiam animo non apostatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

Iuramentum falsum in iudicio regulari seu legitimo. Procuratio seu auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto.

Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij seu Conuentus.

Furtum de rebus Monasterij seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.

Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio personæ cuiuscunque. Malitiosum impedimentum, aut retardatio; aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & è contra.

Si aliquod aliud peccatum graue pro religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione & consensu.

Non liceat Regularium Superioribus subditorum Confessiones audire, nisi quandò peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi, spontè ac proprio motu id ab eis petierint.

Superiores in singulis domibus, duos, tres, aut plures deputent Confessarios pro subditorum numero, maiori, vel minori; hique sint docti, prudentes ac charitate præditi, qui à non reseruatis absoluant, & quibus etiam reseruatorum committatur absolutio, quandò casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse inprimis Confessarius iudicauerit.

Tàm Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licebit autem Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis, à Confessarijs imponendas, quæ subdi-

tos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Atque ita per quoscunque Regularium Superiores quicunque illi sint, obseruari mandauit; nonobstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiã generalis, decretis; nec-non consuetudinibus, etiam ab immemoriabili tẽpore obseruatis, aut regulis, in generalibus, seu prouincialibus Capitulis editis, statutis & constitutionibus, etiã Apostolica auctoritate confirmatis, priuilegijs, indultis, & concessionibus quibuscunque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, cœterisq; in contrarium facientibus quibuscunque. Hactenus dicta constitutio seu decretum.

2. Ex eo sanè, quòd voluntarij lapsus carnis opere consummati reseruatio permittatur Superioribus Religionum, ponderandum est, hoc in articulo Pontificem voluisse intelligi, non solùm omnem concubitum naturalem aut innaturalẽ, sed & omnes pollutiones voluntarias absque vllo concubitu.

Quod

Quod cùm verteretur in dubium, per quosdam nobis amicos Romæ cōmorantes consilium habuimus cum Reuerēdiss. Prælatis Visitationis Apostolicæ, super regulares constitutis ab eodem Clemente VIII. qui huiusmodi pollutiones sub præfata reseruatione comprehendi debere responderunt. Et id quidem non abs re.

3. Pollutio enim volontaria ex diametro, essentialiter, & omninò virginitati & voto castitatis ex omnium opinione aduersatur; quinimò delictum est ipso grauius Incœstu, & enorme magis.

„ Nec ignoramus in pœnalibus (quales sunt reseruationes) non licere à simili argumentari, aut à minori ad maius; ita vt posit rectè concludi, quod si V. G. fornicatio reseruetur, & consequenter adulterium reseruari, quod peius est.

Dicimus autem pollutiones reseruari, non ex eo quòd sint peccata grauiora & magis detestanda (quippè quæ sint contra naturam,) quàm sit qui-uis concubitus naturalis; sed ex

eo, quòd verè sunt lapsus carnis. Sumitur ergo hic lapsus carnis voluntarius, generaliter, ac consectariè, etiam pro omnibus eius speciebus.

4. Petrus de Sancto Audomaro „præcitatus, de Sacrilegijs reseruatis „apud regulares agẽs, arbitratur pol„lutiones nocturnas, impudicos ocu„los, fœda verba & similia, ac deni„que contactus impuros Prælatis re„gularibus non reseruari.

„ Quod equidem satis probabiliter „admitti potest; si tamen pollutiones „nocturnæ non fuerint procuratæ „aut voluntariè admissæ; aut si ita du„biæ fuerint, vt pollutus certus esse „non possit, aliquem-ne consensum „dederit sufficientem, an non? aut si „contactus impuri, absque omni pol„lutione fierent, aliàs secus.

5. Sunt sanè tales impuri tactus omnes abhorrendi penitùs, Deoque maximè odibiles, & grauiter ac durè in omnibus personis, præsertim regularibus à Confessarijs arguendi & puniendi; quippe qui, nihil pudici bonique demonstrent, & ad nefanda sæ-

pe prouocent huiusmodi impudicos.

„ 6. Obseruandum item omninò, „quòd si expediat Prælatum non agnoscere reum peccati reseruati, nõ „debet tùm grauare delinquentem, „sed facilè causam committere docto „& probato Confessori petẽti. Quod „si Prælatus præsens, iniustè neget licentiam, aiunt quidam; quod pœni„tens potest vrgente præcepto, aut „consuetudine, celebrare aut com„municare contritus; idque intrepi„dè, vt scandalum euitet & notam „pro suo iure tuendo; quia negante „Superiore præsente, videatur acce„dere ratihabitio Superioris absen„tis. Probabiliùs tamen dicit Henri„quez [p] esse in praxi, vt postquam de„bitè licentia petita est, habeatur pro „obtenta, saltem à Generali absente, „vel à Summo Pontifice, & ab ipso iu„re; quia iniustè denegans Prælatus „monasterij, perinde habeatur ac si „non esset præsens.

[p] Lib. 6. cap. 15.

„ 7. Si verò homo excommunica„tione ligetur, & nisi sumat Euchari„stiam, aut celebret, grauissimi crimi-

„nis infamiam incurret, de quo iam „suspectus est, ex eodem Henriquez „& piæ Matris Ecclesiæ intentione „colligitur, licere ei Missam facere, aut „communicare, absque noua culpa „aut pœna, pro Summo suo iure tuen-„do: idque multo magis, si excom-„municatus non est, sed si irregularis „tantùm sit.

Nec minus licet ei, ex interpretatiua Papæ ratihabitione, recipere Sa-„cramentum absolutionis cum one-„re præsentandi se Superiori, cùm li-„ceat dignius Sacramentum Eucha-„ristiæ celebrare: quod tamen non „passim, aut temerè permittendum „est, sed tantùm propter vitandum „graue & non imaginarium scanda-„lum, aut infamiæ magnæ periculum.

q Part. 2. quæst. 163.

8. Insuper notat Corradus, q quod „homicida occultus, vel irregularis, „aut excommunicatus secretus, cau-„sa vitandi grauem iacturam rerum „suarum, vel honoris, vel famæ, vel „personæ (dummodo non sit in mora „petendæ absolutionis, vel dispensa-„tionis) potest præuia contritione & „Confessione peccatorum, quamuis

,,non absoluatur à Confessario, quia ,,obstet censura excommunicationis ,,reseruata Superiori absenti, celebrare tum, etiam sine incursione aliqua ir- ,,regularitatis; quia sicut iugum Do- ,,mini suaue est, ita & mandata Eccle- ,,siæ non vult esse nisi suauia, & non ,,cum tam graui iactura obligare, sed *Piè* interpratari, vt non sint grauia ni- ,,nis: quod confirmat ex Cordub. [r] in suo quæstionario, Nauarro, [s] Syluestro, [t] & Lopez. [v]

r Qu 142.
s Cap 27. Manual. n. 231.
t Verbo Eucharist. ... 1. 7.
v Part. 2 sui instructorij cap. 95.

,, 9, Intrepidè etiam possunt Epis- ,,copi & Prælati regulares, solis reser- ,,uatis quos tantùm audiuerunt casi- ,,bus, impendere sacramentalem ab- ,,solutionem: Id enim habet Curiæ ,,Romanæ stilus. Quia ea Confesio ,,fiat ex intentione pœnitentis inte- ,,gra, & absolutio, attrito posit con- ,,ferre primam gratiam; quod quidam ,,falsò negant, vt docet Henriquez. [x] ,,Et quamuis Superior omnia audi- ,,ret posset fortasè à solis reseruatis ,,absoluere, remittens pœnitentem, ,,vt minora (quæ egent maiori otio & ,,perscrutatione) iterum cum cœteris ,,confiteatur inferiori Confessario. *Id*

x Loco cit.

enim significare potest, dum ait Prælatus; absoluo te à peccatis, hoc est à pœna, seu à reseruatione & ab instantia per sententiam fori Ecclesiastici.

10. Atque verò à solis reseruatis „per Superiorem sic absolutus, tene„tur inferiori confiteri cum cœteris, „simul prædicta reseruata; quia Chri„stus iubet, vt vni Sacerdoti omnia „manifestentur, ex quorum concursu „cognito, pendet rectum iudicium & remedium.

11. Nec inconuenit, sed necesse „est ex Christi præcepto, vt reseruata interdum, non vni tantùm, sed duobus sint manifestanda. Sic enim videmus in iudicijs alijs criminalibus & ciuilibus, vt causa aliquando, sæpiusq; egeat sententia Superioris & Inferioris Tribunalis. Quare falsò putant „quidam, satis esse confiteri postea in„feriori non reseruata tantùm.

12. Item. Si priùs confiteatur pœnitens inferiori, certum est, quod integrè ei confiteri debet omnia, etiam reseruata: quod & quidam falsò negant.

y Loco cit. Allegatus Henriquez y obseruat,

quod regularis, cui ex Papæ, aut Superioris priuilegio conceditur dum iter facit, vt absolui possit ab inferiore cũ onere præsentandi se, non tenetur postea Superiori præsenti iterare totam Confessionem, sed tantùm reseruatorum; quia quæ fuerunt directè absoluta, non indigent repetitione absolutionis, quatenus pœnitens fassus est omnia, quæ licitè potuit, & tenebatur iuxta Christi intentionem.

13. Sic, qui in mortis articulo directè absoluitur ab omnibus, non tenetur iterum peccata subijcere absolutioni sacramentali; sed solus excommunicatus debet præsentare se in foro tantùm exteriori, aut si malit, in consciẽtiæ foro, ne in aliam excommunicationem reseruatam reincidat.

14. Tandem, quando Generales, „Visitatores, Prouinciales & alij Su„periores in suis Visitationibus, aut „tempore Paschæ, vel aliarum simi„lium Festiuitatum absoluunt à sibi „reseruatis, aut concedunt casus re„seruatos, possunt postea absolui, qui „in præfatos casus Prælatorum oc.

„cultos vsque in illud tempus incide-
„runt. Quam opinionem confirmat
„idem Henriquez,[z] & quidem opti-
„mè: necesse est enim, vt aliquid ope-
„rentur tales Prælatorum actiuæ ab-
„solutiones, nisi quis velit eas esse va-
„nas & frustraneas, abusiuasque; quod
„cùm sit absurdum dicere aut opinari,
„illas operari aliquid & efficere certò
„certiùs fatendum est, omnem nimi-
„rum præcedentem reseruationem
leuare.

z Lib. 7. cap. 16.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

SVMMÆ.

1. *Nihil possunt Abbates aut Prælati Regulares circa subditos ex iure diuino, sed ex priuilegio; & quare?*

2. *Possunt in vtroque foro contra delinquentes Regulares subditos procedere cum vi coactiua, excepta causa fidei, nisi ad id priuilegia habeant specialia non reuocata.*

3. *Recensentur quæ sunt videnturque potissima*

inter ea omnia, quæ illis ex priuileg. conceduntur.

4. *Prælati Regulares per se, aut etiam per electum Sacerdotem alterius Ordinis, aut sæcularem absolui & dispensari, & suos absoluere & cum eis dispensare possunt.*

5. *Quæ sit potestas specialis Priorum, Guardianorum, Rectorum, Correctorum siue Superiorum localium, Monasteriorum exemptorum, ex communi Doctorum sententia?*

6. *Quæritur, An Regulares & Moniales possint confiteri Sacerdotibus, vt dictum est, sæcularibus non approbatis à Diæcesanis, nonobstante Concilio Trident. idque affirmatiuè resoluitur, cum notanda tamen restrictione.*

7. *Tempore Iubilæorum, etiam Episcopi ipsi non possunt confiteri, nisi Sacerdotibus approbatis: vt nec Monachi & Moniales, si sæcularibus Sacerdotibus tùm confiteri velint aut alterius Ordinis.*

8. *Extra Iubilæa possunt Episcopi confiteri cui volunt etiam non approbato.*

9. *Regulares approbati à suis Superioribus tantum pro Religiosis & Monialibus sui Ordinis, comprehenduntur sub approbatis ab Ordinarijs in bullis Pontificum, ideoque tempore Iubilæorum pos-*

sunt illos absoluere, non autem alterius Ordinis.

10. *Quæ possint Regulares expositi Episcopis pro Confessionibus Sæcularium & ab eisdem approbati? eaque sunt omninò obseruanda. Habent illi iurisdictionem, non tam ab Episcopis quàm ipso iure à Papa: Non subsunt Constitut. Episc. Synodalibus & quomodò? Sed iuri & consuetudini generali Ecclesiæ, quæ coæquatur legi; maiorem iurisdictionem habent quàm Parochi, & in quibus.*

11. *Minimi ex suis priuilegijs possunt absoluere ab omnibus casibus Episc. reseruatis, etiam iure communi.*

12. *Explicatur quæ sit mens & intentio Pontif. pro Mendicantibus in Clem. Dudum de sepult. & in Clem. 1. de priuilegijs.*

13. *Regularis expositus & semel approbatus, non potest reprobari ab Episc. sine causa particulari legitima & cognita.*

14. *Noui Episcopi mandatum generale reuocans omnes prædecess. licentias prædicandi & Confessiones audiendi, & compellens vt omnes compareant examinandi, non comprehendit Regulares, præsertim exemptos.*

15. *Casus occulti Papæ reseruati & iure speciali concessi Episcopis, non sunt comprehendendi sub ca-*

sibus Episcopis reseruatis, ita vt, tempore Cruciatarum, hoc est indulgentiarum plenariarum simplicium & communium, liceat sæpius ab illis absoluere habentibus casus Episcopales, quod ex audiendum etiam, in votis Pontifici reseruatis, ex speciali tamen aut tacita commissione, & in necessitate Episcopis concessis.

16. Confessor Regularis ab aliquo Ordinario approbatus, alijs in locis in quibus non est approbatus, quando terra aut mari iter facit, potest prædicare & omnium excipere Confessiones, & quomodo?

17. Notanda explicatio Declarationis Congregationis Cardinalium ad instantiam Illustris. Cardinalis Borrhomæi contra Regulares.

18. Per derogationes constitutionum, non derogatur viuæ vocis Oraculis pro foro conscientiæ.

19. Soluuntur & interpretantur multa, quæ facere videntur contra priuilegia Regularium absoluendi à casibus Episcopis reseruatis.

1. VOlūt viri grauissimi, Abbates & alios Prælatos regu-

lares nihil habere circa ſubditos regulares (nonobſtantibus omnibus prædictis) ex iure diuino, cùm ex eodem aut communi non ſint Paſtores conſecrati, quales ſunt Epiſcopi; ſed ex priuilegio habere poteſtatem quaſi Epiſcopalem delegatam.

2. Ex qua, procedere poſſunt in vtroque foro cum vi coactiua, contra ſubditos delinquentes, excepta cauſa fidei, aut alia ſimili, quæ reſeruatur Cēſoribus fidei, vt obſeruat Henriquez; [a] niſi ſpecialia ad id priuilegia habeant non reuocata, vt iam dictum eſt cap. 27. n. 2. Vt igitur ea quæ ex priuilegijs poſſunt, non omnia quidem, ſed potiſſima, in compendium aut faſciculū quoddam colligamus.

[a] *Lib. 7. de Indult. cap. 28.*

Poſſunt permulti Abbates, Generales, & Prouinciales Ordinum exemptorum, vltra omnia alia iam à nobis in Superioribus allata.

3. *Primò*. Regulares ſubditos ab omni cenſura à iure, aut generali ab homine abſoluere, licet eam incurrerint ante ingreſſum in religionem; vt aliquandò obſeruauit Claudius Aquauiua, nunc temporis ſocietatis I E S V

Generalis Reuerendiss.[b]

Secundò. Possunt Abbates & Prælati regulares, præsertim exempti, & vt dictum est, potestatem quasi Episcopalem habentes, cum suis subditis illegitimis, qui sunt religiosi, dispensare.

4. *Tertiò.* Possunt Prælati, per electum à se Confessarium absolui & dispensari, & delegare Sacerdoti, etiam alterius Ordinis, aut sæculari, vt absoluat suos & dispenset cum illis: quod concessit Sixtus IV. Mendicantibus, etiam dum iter agunt. Leo item X. & Gregorius XIII. anno. 1575. vt etiã ob seruat auctor compendij Mendicantium.[c]

5. Adnotat Henriquez,[d] id ex communi DD. opinione & vsu confirmatum esse, ita vt iam non possit aut debeat reuocari in dubium; nimirum, Guardianos, Priores, Rectores, Correctores seu Superiores Locales Monasteriorum aut Collegiorum exemptorum regularium, idem habere, vt suos absoluant à reseruatis, & cum illis dispensent, eligantque Confessarios sibi: at à Prouinciali habe-

b *In compēd. societa. verb. absolutio. §. 6. 9. & 10.*

c *Verb. absolut. ord. quoad fratres. §. 26.*

d *Lib. 6. cap. 16.*

re ex consuetudine in particulari tantùm, non autem generaliter, vt delegare, aut committere alteri casum aliquem valeant; non autem omnes casus reseruatos, vt nec Parochus (ait) potest se exonerare, delegans alteri suas vices.

Expressè ex suis constitutionibus, possunt Correctores locales in ordine Minimorum, aliquando sibi reseruare absolutionem mali alicuius notorij, notorietate facti, cuius tamen auctor ignotus sit; & vlterius quoties expedierit contra delinquentes contumaces, eorumque complices aut fautores excommunicationis sententiam promulgare, ac consectariè, talium absolutionem, si velint, alteri delegare.

6. Dubitari autem hic meritò posset; An Prælati regulares, Abbates, & Religiosi habentes (vt diximus) priuilegium eligendi sibi Confessorem de non suis extra Conuentum; & Abbatissæ, Monialesque habentes facultatē eligendi sibi Confessorem regularem aut sæcularem, possint ab eo Sacerdote electo sæculari, aut alterius Ordinis regulari non prius approbato à Diœ-

cesano, absolui validè, ratione decreti[f] Concilij Trident.

Quamuis (ait) *Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant; decernit tamen Sancta Synodus nullum etiam Regularem, posse Confessiones sæcularium, etiam sacerdotũ, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, & consuetudine quacunque, etiam immemoriabili, nonobstantibus.*

f Sess. 23. cap. 15. de reform.

Communis Patrum sententia est, regulares vtriusque sexus, posse absolui à Sacerdotibus non approbatis ab Episcopis; omninò enim apertè illud Concilij decretum solum sæculares, etiam Sacerdotes excipiens, personas regulares vtriusque sexus antiqui iuris dispositioni relinquit; sed antè Cõcilium licebat confiteri Sacerdotibus ab Episcopis non approbatis.

Manifestè igitur constat, ius Concilij non habere locum respectu regularium, sed omnium sæcularium sine vlla exceptione. Ratio fuit, quia nolue-

rit Concil. ſubiicere regulares Epiſcopis, quo ad Confeſſiones quas ipſi faciunt inter ſe; quia ipſi habeant proprium & peculiarem modum, quo gubernantur, & proprios Paſtores à quibus Confeſſores recipere ſolent. Vel etiam Concilium hoc fecit, quia plus confidat moraliter ac regulariter de pœnitentium regularium conſciẽtia, prudentia & integritate.

Sub nomine autem regularium in decreto Concil. ex communi Doctorum opinione, etiam fœminas religioſas comprehendimus ſiue Moniales; quia illæ ſecundum iura, ſæculares non ſint.

Hinc colligitur; poſſe Superiores regulares exponere, & dare ſuis ſubditis Confeſſorem non approbatum ab vllo Epiſcopo: quia id potuerint & poſſint iure antiquo & communi, ex quo licebat omnibus confiteri Sacerdotibus ab Epiſcopis non approbatis; & decretum Concilij nihil circa illud innouauerit. Imo-verò apertè omninò ſolùm ſæculares, etiam Sacerdotes excipiens, regulares omnes vtriuſque ſexus antiqui iuris diſpoſitioni reliquit.

Seſſ. 23. cap. 15.

Inter

Inter alios plures, illud confirmatur & à Nauarro dicente: Quod si religiosus habeat facultatem eligendi Confessarium, possit eligere quem inuenerit sibi idoneum (vt superius cap. 23. diximus) quamuis ab Episcopo approbatus non sit. *In man. ca. 4. num. 7.*

Licet autem quidam velint hoc esse limitandum quandò Superior expressè hanc concedit facultatem, ita vt si licentiam faciat eligendi Confessorem simpliciter, illa tum sit interpretanda de approbatis ab Episcopō tantum: hoc tamen optimè à Francisco ,,Suarez reijcitur. Solùm ergo inter ,,regulares personas obseruādum est, ,,vt eligendus Sacerdos, regularis aut ,,sæcularis, sit ab Ecclesia toleratus, ,,scilicet, non suspensus, interdictus, & excommunicatus. *Tom. 4. disputa. 28 sect 3. n. 4.*

Verum est tamen, quòd si facultates quas Abbatissæ aut regulares subditi, vel Moniales habent, aut à Papa, aut à Legato à latere Prouinciæ, aut ab Episcopo, Generali, Prouinciali, aut Abbate Superiore, sibi eligendi quem voluerint Confessarium regularem alterius Ordinis aut sæcularem, ferant

expreffè hanc claufulam (approbatum, vel ex approbatis à Diæcefano tantùm) tùm approbatum eligere & affumere tantùm debent & poffunt,& non alium.

Cùm enim Abbatiffæ (vt diximus) „& Moniales, de iure aut de confue„tudine non habeant Ordinariam fa„cultatem eligendi fibi Confeffores, „aut aliquam poteftatem in foro cõfcientiæ, quam committere aut delegare poffint pro fe & fuis, vt Abbates valent, non poffunt nifi à deputatis per fuos Superiores, Sacerdotibus audiri & abfolui, approbatis aut non approbatis ab Ordinario. Et quùm dictis Superioribus fit liberum illis deputare & concedere Confeffarios Idoneos, approbatos, aut non approbatos ab Ordinario, habeantque vim coactiuam & poteftatem ligandi fuas Moniales; confequitur, quod fi illis concedant Confeffarios eligere approbatos & expofitos tantùm, huiufmodi conceffiones aut facultates ita limitatæ, limitatum producunt effectum.

Si verò fimplices fuerint & non fic

limitatæ. tùm ſanè cuilibet Sacerdoti Idoneo poſſunt confiteri domi & foris (ſi illis aliquando è Monaſterijs egredi permittatur.)

Imo verò, Moniales illæ exem-
„ptæ, & à Sancta Sede Apoſtolica im-
„mediatè dependentes, nullumque
„Generalem, Prouincialem, aut Ab-
„batem Superiorem habentes, vt ſunt pleræque Ordinis Sancti Benedicti, & quibus non prouidetur de Confeſſoribus Ordinarijs aut extraordinarijs à Papa, aut in eius abſentia à Diæceſanis locorum, videntur tùm poſſe ex tacita illorum licentia, cui voluerint Idoneo regulari aut ſæculari, *Etiam non approbato*, confiteri.

Quia nimirùm, Tridentinum ex cõmuni DD. ſententia nihil innouauerit circa ius antiquum, niſi pro Confeſſoribus ſæcularium, etiam Sacerdotum, non autem pro Confeſſoribus Regularium & Monialium.

Vndè inter regulares remanet ius
„antiquum, vt Prælati ſoli exponant
„Confeſſarios, & regulares ſui eli-
„gant à Prælatis expoſitos, etſi non
„approbatos ab Ordinario; quod

confirmat Henriquez. [g]

Plerique sanè Episcopi, vt Ordina-
„rij aut vt delegati Apostolici, maio-
„rem curam adhibere tenerentur in
„prouidendo de Idoneis Confessa-
„tijs, Monialibus suæ Diæcesis, atque
etiam permulti Prælati Regulares; il-
lisque solùm concedere deberent &
permittere Confessarios, præsertim
sæculares, ordinarios aut extraordina-
rios, expositos & approbatos tantùm;
ne alioqui ignaros & ad tantum mu-
nus obeundum incapaces, vitiaque
fouentes, viris integris & prudentio-
ribus præferant, in suarum animarum
graue dispendium.

7. Facultates Monialibus conces-
sas, vt diximus; hoc est cum limitatio-
ne, vt approbatos & expositos tantum
eligant Confessarios, limitatum pro-
ducere effectum, & ad tales illas re-
stringere adeò verum est, vt Episco-
pus Minorensis [h] & Nauarrus [i] obser-
uauerint; quod quando Episcopus
vult confiteri tempore Iubilæorum;
quia in bullis semper dicitur, vt quili-
bet confiteatur peccata sua Sacerdoti
approbato ab Ordinario, tùm debet

g *In gloss. ca. 6. lib. 6. seu. de pœnit. Sacram. lib. 3. litera. k.*

h *Parte 2. praxis Episc. verbo absol. quæsito. 12.*

i *Lib. 5. Cōsil. tit. de pœniten. & remiss. iuxta editionem*

confiteri aprobato tantùm, quia forma in Iubilæo poſita ſit ſeruanda: ergo multomagis eodem tempore Regulares & Moniales habentes facultatem eligendi ſibi Confeſſorem, etiam non approbatum, peccata ſua confiteri poſſunt tantùm approbatis ab Epiſcopo Confeſſoribus alterius Ordinis, vel ſæcularibus; & extra tempora Iubilæorum, formas facultatum illis ad id à Superioribus conceſſarum obſeruare tenentur.

Lug. an. M. D. XCI. aut tit. de priuilegijs iuxta edit. Lug. M. D. XCIV. Conſil. 12. & in Cano. placuit. de pœni. diſtin. 6. n 52.

8. *Probat (inquam) dictus Epiſcopus Minorenſis*, [k] *Epiſcopos, quia ſint in ſtatu perfectionis acquiſitæ, non autem acquirendæ tantùm, vt Regulares, poſſe Ordinariè peccata ſua confiteri non approbatis & expoſitis Confeſſoribus, & ab eis abſolui, vt poſſunt dicti Regulares, nonobſtante Concilio; non expoſitis, inquam, Epiſcopis ipſis: & ſi perperam & abſque aliquo iure auctore, aut aliqua ratione, contrarium cenſeat additio quædam ad dictum Conſilium. 12. de priuilegijs in editione Ioan. Buyſſon anni* M. D. XCIV.

k *Loco citato.*

9. *Regulares tamen expoſiti & approbati tantùm à ſuis Superioribus Regula-*

ribus, pro Religiosis aut Monialibus sui Ordinis, comprehenduntur sub approbatis ab Ordinariis in bullis Pontificiis; temporeque Iubilæorum sine alia Episcopi approbatione, possunt audire & absoluere Religiosos & Moniales sui Ordinis tantùm, non autem sæculares aut Regulares alterius instituti, sed tantùm illi soli, qui à suis Prælatis expositi Confessores sæcularium, ab Episcopis approbati fuere.

Quartò. Possunt Prælati Regulares, maximè Ordinum Mendicantium, exponere (vt antea dicebamus) Confessores Episcopis pro sæcularibus audiendis. Qua de re, reperio inter alios, Henriquez scitè admodum & luculenter, & ex cõmuniore DD. sententia (vt ex textu & glossa patet) duobus in locis scripsisse.

10\. Ac primò quidem dicit[l] Regula-„rem Confessarium ex Ordine Men-„dicantium, posse absoluere sæcula-„res à casibus Episcopo reseruatis per „constitutionem Synodalem, consue-tudinem priuatam, aut beneplacitum Episcopi. *Quia habeant à Papa iurisdictionem ipso iure; nec Episcopo subdantur, aut constitutioni Synodali; nisi fortè Epis-*

[l] *Lib. 6. siue de pœnit. sacramẽto lib. 3. ca. 16. n. 8.*

[m] *Clem. dudũ de sepult.*

ſcopus reſeruet per conſtitutionem Synodalem cum excommunicatione latæ ſententiæ: [n] vel niſi iure communi, [o] cui etiam Regulares ſubijciuntur, aut generali conſuetudine Eccleſiæ,[p] quæ æquatur legi, reſeruentur Epiſcopo.

n Syluest. verbo Cōfess. 2. §. 5. cū Speculator.
o Dicta Clē. dudum.
p Anth. 3. parte tit. 17. cap. 11. Petr. Soto tit. de Confessor. lectī. 5.

Regularis enim ab Epiſcopo exem- „ptus, ſi ſemel approbatus ſit, habet „iuriſdictionem, non tàm ab Epiſco- „po, quàm ipſo iure à Papa, vt dictum „eſt, eamque non minorem, quàm Parochus circa Confeſſiones, ex Clementina citata; imò maiorem, quia „per Clementinam *Religioſi*, [q] Regu- „laris poteſt abſoluere à caſibus Epiſ- „copo reſeruatis, non tamen iure cō- „muni, aut Generali conſuetudine „totius Eccleſiæ, cui Religioſi ſubdun- „tur, aut per conſtitutiones priuatas „ſub pœna excommunicationis ipſo facto; *Aliàs Epiſcopi ſuis reſeruationibus in fraudem Apoſtolicæ conceſſionis*, facerent inutile priuilegium Regularium.

q De priuilegijs.

11. Quidam tamen (inter quos ſunt Minimi [r]) habent priuilegium abſoluendi ab omnibus reſeruatis Epiſcopo, etiam iure communi; alij

r Ex priuileg. Sixti. 4.

s Societas IESV ex priuileg. Pauli. 3 n. 45. & Minimi certis diebus.

etiam [s] à reseruatis Papæ occultis, modo non sint in bulla de Cœna Domini.

12. Quando autem Pontifex in „Clementina *Dudum*, explicat quod „non intendit fratribus ampliorem „potestatem dare, quàm curatis sit „concessa de iure, loquitur (ex mente „Henriquez, & aliorum) in rebus alijs, „& non reuocat priuilegium consue-„tudine confirmatum, per quod fra-„tres absoluunt à reseruatis.

Nec Clementina prima, *De priuilegiis*, „sermonem facit de his, quæ perti-„nent ad Sacramentum pœnitentiæ; *Sed tantùm vetat Regulares absoluere sine priuilegio ab excommunicatione iuris reseruata*. [t]

t Nauar. cap. 27 n. 101. Caietanus verb. excom. cap 64. Syluest. excō. 7. cas 14. Tabien. exc. cas. 5. Cordub. casu 24. fin. & lib. 1. quæst. 30.

13. Imo verò Regularis à suo Præ-„lato expositus & semel approbatus, „non potest sine causa particulari & „legitima, cognita & probata, ab Epis-„copo reprobari, cùm hic exemptus, „ipso iure in fauorem Religionis ha-„beat à Papa iurisdictionem, & confir-„mationem approbationis per Epis-„copum iam factæ; *Idque pro foro conscientiæ tantùm & nonobstante Concilio*

Tridentino, vt declarasse Pium V. testatur Henriquez. [u]

14. Nouique Episcopi generale ,,mandatum reuocans omnes prædecessoris licentias prædicandi, & Con- ,,fessiones audiendi; & compellens, vt ,,compareant omnes examinandi, nõ ,,compræhendere Regulares, ex con- ,,cessione Pontificis in Clem. *Dudum*, & Benedicti XI. in Extrauag. *Inter cunctas*, & vberius Pij V. pro foro conscientiæ.

Secundus locus in quo de potestate Confessariorum Regularium tractat idem Henriquez, est libro 7. de indulg. [x] vbi dicit: quod Sacerdos Regularis ex ordine Mendicãtium, postquàm à Prælato suo præsentatus, & per Episcopum approbatus est ad audiendas Confessiones sæcularium, habet à Papa iurisdictionem in illos; & quidam possunt absoluere à reseruatis Episcopo, vt dictum est supra, aut etiam à reseruatis Papæ extra bullam Cœnæ. [y]

15. At casus occulti Papæ reser- ,,uati qui per Tridentinum iure spe- ,,ciali conceduntur Episcopis, non

v *Lib. 6. seu de pœn. sacra lib. 3. cap. 6. n. 6.*

x *Cap. 28. n. 2.*

y *Sixtus 4. Compend. mendic. verbo absol quo ad sæculares*

1. §. 17. Paul. 3. societa. Iesu Claud. Verb. absol. §. 1. Bern. §. 2. Manuel. § 6 n. 66 i 132. & 140.

** Cap. 26 n. 18.*

z Loco citato in glossa. litera. R.

„censentur casus Episcopales, vt supra adnotauimus, * ita vt ab illis per „bullas Cruciatarum, liceat sæpiùs ab„soluere; vt ex Fratre Manuele obser„uat idem Henriquez. [z] Idemque te„nendum de voto Papæ reseruato, „in quod ex speciali & tacita commis„sione, potest in necessitate Episcop⁹ „dispensare. Possunt (inquam) Confes„sores regulares approbati prædicta „omnia, etiam inuito Parocho; quia „inferior non potest limitare faculta„tem concessam à Superiore, & præsertim à Papa.

Adde, quòd cùm hoc priuilegium, „sit fauor Principis in vtilitatem ani„marum, æquatur vtique iuri com„muni; nec pœnitentes egent bulla „Pontificia, vt sic absoluantur per re„gularem Confessarium à reseruatis „illi concessis ex priuilegio Papæ perpetuo.

16. Potest etiam hic Confessor „regularis ab aliquo Ordinario ap„probatus, alijs in locis vbi non est „approbatus, quandò terra aut mari „iter facit (non repugnante tamen „Parocho illius Ecclesiæ) vbique

,,prædicare, & omnium audire Confessiones, nonobstante Cõcilio Tridentino, ita tamen, vt si eo in loco Ordinarius adsit, obtineat illius licẽtiam.[a] Addunt quidam, semel approbatum, vbique terrarum in foro conscientiæ posse Confessiones audire, quibus fauet quod Pius V. concessit.[b]

,, 17. Nec contra dicta priuilegia ,,valeret Episcopi prohibitio, quæ ,,fieret in odium Regularium. Nec ,,obstaret, quod Congregatio Cardi- ,,nalium, ad instantiam Beati Cardi- ,,nalis Borrhomæi declarauit aliquã- ,,do, regulares non posse à casibus re- ,,seruatis Episcopo absoluere; quia ,,Gregorius XIII. post dictã declara- ,,tionẽ, expresse exceperit Regulares ,,Societatis IESV: & ex Henriquez ,,illa eadem declaratio, sit restringen- ,,da ad casus Episcopis reseruatos iu- ,,re communi, aut generali Eccle- ,,siæ cõsuetudine, vt dictum est. Quia ,,etiam Pius V. viuæ vocis oraculo ,,concesserit Minoritis (quorum pri- ,,uilegijs communicamus, sicut & ,,aliorum omnium tàm Mendicantiũ

a Gregor. 13. societa. Claud. verb. Cõfessarius. § 2 refert. Manuel. n. 144. Gutierr. in quæst. can. c. 27. n. 21.

b Claud. verbo Cõcil. § 3.

„quàm non Mendicantium, ac conse-
„ctariè etiam Societatis IESV, ijs
„præsertim, quæ in fauorem totius
„Societatis largita sunt) Concesse-
„rit (inquam) frui pristinis priuilegijs,
„pro foro conscientiæ, nonobstante
„derogatione Concilij Tridentini; [c]
„haberique authenticum Romæ, in
„Conuentu Ara-cœli testantur Hen-
„riquez, [d] & alij viri graues.

c *Specul. coniugat. fin. Claud. verb. Concil. § 3. fin. Manual. in explic. bulla § 9. n. 32. 112. 132. & § 9. n. 9.*

d *In gloss. ca. ... de sacram. pœnit. litera R.*

18. Si quis iterum obijciat, anno
„1564. Piũ IIII. reuocasse omnia pri-
„uilegia & gratias contrauenientes
„decretis Concilij Trid. & Gregoriũ
XIII. motu proprio, anno. 1573. reuo-
„casse omnia concessa per Pium V.
„eaque reduxisse, ad terminos Con-
„cilij? Respondet Henriquez; [e] *Per derogationes Constitutionum, non derogari viuæ vocis oraculis pro foro conscientiæ.*

e *Loco cit.*

Et nos cum Nauarro [f] respondemus; motum proprium Gregorij non fuisse vsu receptum, saltem pro foro conscientiæ, atque ita stare priuilegium Pij V.

f *Cap. 27. Manual. edit. an. 1584.*

19. Et quidem quia pridem viderim confirmationem Gregorij XIII.

& XIIII. ac nuper Clementis VIII. nostrorum priuilegiorum sub clausula: *Quatenus sunt in usu, & sacris Tridentini decretis non aduersarentur, non etiam per modum communicationis & extensionis inter se, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus*: ex Concilio autem Tridentino, g Episcopos causas aliquas grauiores criminum, supra reliquos sibi Inferiores Sacerdotes pro sua in illos sibi tradita potestate in sua quaque aliàs cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, suo peculiari iudicio reseruare posse; hactenus sanè in ea fueram opinione & sententia, nos aliosque regulares priuilegiatos, non posse ab huiusmodi casibus, quos Episcopi in ædificationem, hoc est modestè & ex iuxta causa pro suo arbitrio sibi reseruarint, absque eorumdem Episcoporum facultate absoluere, maximè etiam, quia viderem Sacrã Congregationem Cardinalium multoties declarasse, sed præsertim in vna *Hieracensi*. Fratres Mendicantes cuiuscunque Ordinis, Et in vna *Versellensi*, etiã Iesuitas in vim priuilegiorum suorũ,

g *Sess. 14. ca. 7. & eiusdẽ cap. 11.*

absoluere non posse à casibus quos sibi Episcopus reseruauerit.

At (vt verum fatear) ab illa mea pristina opinione auellor, propter tam grauium Doctorum auctoritates, rationes, & argumenta, quos loca Concilij producta, declarationes-vè Congregationis adductas, ignorasse non est probabile: quæque ex prædictis satis in fauorem Regularium interpretari meritò posse videntur. Tutiùs tamen iudicauerim semper, vt cùm exponuntur regulares Episcopis, petant suos omnes casus, aut approbari iuxta tenores suorum omnium priuilegiorum; hoc enim concesso, nullum superesse scrupulũ video, nec aliud, quod Concilio aduersetur Tridentino.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM ET VLTIMVM.

SVMMÆ.

1. *Regularium priuilegia sunt Principis indulta legi æqualia, & ex mente Pontif. latè interpretanda in fauorem animarum: non a rogatur eis*

tempore Iubilaei, etiam centesimi: nec per bullas Cruciatarum, idque ex declaratione Pij Papae V.

2. Regulares tantùm à suis Praelatis expositos approbant & approbare possunt Episcopi, ne aliàs proprio praeiudicetur Praelato.

3. Praelatus Regularis cum causa subest, etiam occulta, potest Religiosum expositum & approbatum ab Episcopo Confessorem, reprobare, vel etiam circa personas certas audiendas iurisdictionem eius limitare, ita vt, aut in toto, aut in parte iam Regularis deinceps idoneus ad Confessiones non habeatur.

4. Regularis prohibitus tantum à suo Superiore audire Confessiones, aut foeminarum tantùm, licet si postea absoluat à casibus reseruatis, absolutio valeat, quia talis prohibitio Praelati non tollit iurisdictionem, quam vnà cum Episcopo contulit, peccat tamen, & posset à Praelato indubiè puniri.

5. Episcopus non potest ita restringere aut impedire Regulares ab eo approbatos, propter amplissimam, quam eis concedit Pontifex iurisdictionem. Vndè si eos restringere velit ad certum oppidum, casus, foeminas aut Moniales, quomodò illud esset intelligendum?

6. Regulares approbati possunt absoluere à quibuscunque casibus (vt in mortis articulo) condemnatos ad triremes in perpetuum,

quandò sententia transiuit in rem iudicatam, & ab ea non est appellatum: hoc enim æquatur morti.

7. Possunt & absoluere ab excom. iuris, aut hominis generaliter lata, & non specialiter alicui reseruata in foro conscientiæ, in eoque sufficit præmittere cautionem, saltem iuratoriam.

8. Nauarrus tamen putat sufficere pœnitentis propositum satisfaciendi; cautionemque Cap. Solet de sent. excom. lib. 6. requiri solum in foro exteriori in casibus expressis.

9. Cauere debent Regulares Confessores ab absolu. in foro conscientiæ, nominatim excommunicati à Iudice propinquo, ne perturbetur Ordo iuris, & Ordinarius meritò offendatur.

10. Dum absoluunt ab excom. possunt sine ritu aut Cæremoniis, sed ex prolatione solius formæ absol. à censuris absoluere, etiam absque ad id priuilegio speciali.

11. Quæ sit Regularium Confessariorum in Votis, iuramentis, & irregularitatibus dispensandi facultas. Inter Vota Sum. Pontif. reseruata hodie esse numerandum illud Beatæ Mariæ Lauretanæ comprobatur.

12. Dispensant in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto, vt Episcopi, ex Iulio. II. & Benedi-

Benedicto. XIII. etiam cum extraneis. Hacque praxi vtuntur Minimi Sanctis. Trinitatis Romæ.

13. *Possunt Prælati Regulares cum suis subditis dispensare super irregularitate contracta, etiam ante ingressum, ob homicidium iustum, aut etiam iniustum & voluntarium, & ob homicidium dubium, dummodò non sint talia homicidia notoria inter externos, citra tamen altaris Ministerium quo ad voluntarium: ex priuilegio Sixti IV. conceß. Carthusien. ex Henriquez & Cordubensi contra Nauarrum.*

14. *Quomodò, & quandò posint Regulares Confessarij dispensare cum impeditis ratione affinitatis subsequentis matrimonium, aut ratione voti castitatis simplicis, vt valeant reddere & exigere debitum?*

15. *Possunt dispensare generaliter cum externis, non solùm in omnibus votis peregrinationis citra leucas 14. sed & in omni voto Episcopis reseruato, & in voto pauperta. facto ab eo, qui in religione postea recipi non potuit.*

16. *Possunt aperire expedireque breuia sacræ pænitentiariæ, etsi non sint gradu alicuius Academiæ insigniti, vt Doctores aut graduati in Theologia aut in sacris Canonibus.*

17. *Qui liter sacræ pænitentiariæ obtinuerit, fa-*

quandò sententia transiuit in rem iudicatam, & ab ea non est appellatum: hoc enim æquatur morti.

7. Possunt & absoluere ab excom. iuris, aut hominis generaliter lata, & non specialiter alicui reseruata in foro conscientiæ, in eoque sufficit præmittere cautionem, saltem iuratoriam.

8. Nauarrus tamen putat sufficere pœnitentis propositum satisfaciendi; cautionemque Cap. Solet de sent. excom. lib. 6. requiri solum in foro exteriori in casibus expressis.

9. Cauere debent Regulares Confessores ab absolu. in foro conscientiæ, nominatim excommunicati à Iudice propinquo, ne perturbetur Ordo iuris, & Ordinarius meritò offendatur.

10. Dum absoluunt ab excom. possunt sine ritu aut Cæremonijs, sed ex prolatione solius formæ absol. à censuris absoluere, etiam absque ad id priuilegio speciali.

11. Quæ sit Regularium Confessariorum in votis, iuramentis, & irregularitatibus dispensandi facultas. Inter vota Sum. Pontif. reseruata hodie esse numerandum illud Beatæ Mariæ Lauretanæ comprobatur.

12. Dispensant in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto, vt Episcopi, ex Iulio. II. & Benedi-

Benedicto. XIII. etiam cum extraneis. Hacque praxi vtuntur Minimi Sanctiss. Trinitatis Romæ.

13. Possunt Prælati Regulares cum suis subditis dispensare super irregularitate contracta, etiam ante ingressum, ob homicidium iustum, aut etiam iniustum & voluntarium, & ob homicidium dubium, dummodò non sint talia homicidia notoria inter externos, citra tamen altaris Ministerium quo ad voluntarium: ex priuilegio Sixti IV. concess. Carthusien. ex Henriquez & Cordubensi contra Nauarrum.

14. Quomodò, & quandò posint Regulares Confessarij dispensare cum impeditis ratione affinitatis subsequentis matrimonium, aut ratione voti castitatis simplicis, vt valeant reddere & exigere debitum?

15. Possunt dispensare generaliter cum externis, non solùm in omnibus votis peregrinationis citra leucas 14. sed & in omni voto Episcopis reseruato, & in voto pauperta. facto ab eo, qui in religione postea recipi non potuit.

16. Possunt aperire expedireque breuia sacræ pœnitentiariæ, etsi non sint gradu alicuius Academiæ insigniti, vt Doctores aut graduati in Theologia aut in sacris Canonibus.

17. Quiliter sacræ pœnitentiariæ obtinuerit, fa-

cta electione Confessarij, si eas ille acceptauerit & aperuerit, eo relicto, non potest alium adire: & absolutione data debent sine testibus huiusmodi literæ lacerari.

18. Eorum Confessariorum arguitur vel inscitia, vel temeritas, qui absoluentes in foro & pro foro conscientiæ tantum, pœnitentibus absolutis præsumunt dare literas testimoniales absolutionis datæ, cum expressione delicti, nominis & cognominis ipsius pœnitentis.

19. Quomodò & sub qua forma Confessarij possint dare interdum schedulam pœnitentibus de absolutione illis data?

20. Absolutiones datæ in foro interno, etiam virtute literarum Pœnitentiariæ Romanæ, in foro aut pro foro externo nihil omninò prosunt aut prodesse possunt; & Quare?

21. Notandæ omnino cautelæ & formæ, sub quibus Confessores aliquandò dare possunt testimoniales literas, de dispensatione, aut absolutione ab excommunicatione per eos data, virtute Iubilæorum.

22. Satisfacta parte, aut vbi nullum interuenit alterius, aut Fisci dispendium aut detrimentum, iudices fori externi possunt absque peccato dissimulare: Et se habere cum excommunicatis, de quorũ Absolutionibus in foro conscienti[illegible] latis illis con-

stat, etiam secretè, ac cum non excommunicatis, idque quo ad forum conscientiæ tantùm, & ad effectum dimittendi illos impunitos.

NON est autem hac in materia prætereundum, hæc, de quibus nobis sermo, & alia priuilegia, præcipuè concedi Generalibus & Prouincialibus Ordinum exemptorum, vt eam facultatem deriuent in Regulares sibi subditos, quos immediatè vel mediatè præsentant Episcopis in Confessarios sæcularium; qui semel approbati, semper retinent „hæc Principis indulta legi æqualia, „quæ Pontifex declarat esse amplè „interprætanda, in fauorem anima„rum.

„ Quare, non derogatur eis etiã tẽ„pore Iubilæi centesimi, nec per bul„las Cruciatarum, in quibus expresè „excipi solent facultates, quas Præla„tus Regularium expresè commu„nicat suis Regularibus, vt tenet „Henriquez, & ipse Nauarrus [a] fate„tur teneri à viris doctis.

[a] *De indulgent.* §. 28. *n* 16.

„ Et quidem Pius. V. consultus hac

„de re, dixit, nunquam suam intentionē fuisse, vt dicta Regularium priuilegia silerent per bullas Cruciatas, idemque expressit in priuilegijs Prædicatorum, anno Domini 1571.

2. Regulares igitur, non approbat Episcopus in Confessarios, nisi à Prælato suo exponantur, saltem interpretatiuè, iuxta Clementinam *Dudum*,[b] quæ est alia plana Papæ intentio, ne aliàs proprio præiudicetur Prælato, à quo pendet subditorum voluntas, ex voto quod emittunt.

b *De sepulturis. §. Statuimus.*

3. Et vt Episcopus potest ex causa iusta eos reprobare; ita potiori iure proprius Regularis Prælatus, cùm causa subest, etiam occulta, ne deinceps Idonei habeantur, quamuis semel & iterum fuerint ab Episcopis approbati.

Iurisdictio siquidem, à Pontifice in Regulares non deriuatur, nisi medio proprio Prælato, saltem Generali, & cum consensu eius expresso aut tacito, nè quid derogetur debitæ subiectioni & Obedientiæ erga proprios Prælatos.

Quare, potest General; Religio-

485

nis, aut Prouincialis, expoſitum & approbatum Confeſſorem ab Epiſcopo reprobare; & apud quoſdam (vt apud Patres Ieſuitas) etiam poteſt iuriſdictionem limitare circa perſonas certas audiendas, aut certos caſus; *Vt viuæ vocis oraculo declarauit Gregorius XIII. pro Societate IESV*, vt refert P. Claudius. [c]

[c] *In comp. Societ. verb gratia. § 2.*

4. Si tamen Prælatus expreſſis verbis non reprobet, ſed tantùm prohibeat audire Confeſſiones, aut nè iunior Sacerdos (licet ſit doctus & pius,) audiat fœminarum Confeſſiones propter periculum aut decentiam perſonæ, aut Ordinis, non tollit propterea approbationem à ſe vel ab Epiſcopo datam, & valet Abſolutio poſtea data à peccatis reſeruatis, quàm prohibitus impendit ſęcularibus viris, aut fœminis. Et quia peccat contra prælati prohibitionem rationi cõſentaneam, poſſet vtique ab illo puniri: prohibitioque prælati arguit ſiue oſtendit, quod tùm ſubiecto non delegat ius, quod ex priuilegio poſſet alioqui caſus reſeruatos conceſſos, quos pontifex non intendit commu-

viuæ vocis oraculo Societati I E S V, quod eos qui ad huiusmodi Triremes mittuntur, absoluere possint, à quibuscunque casibus, vt in articulo mortis, sicut videre est apud Claudium. [n]

7. *Quintò*. Possunt Prælati Regulares priuilegiati, & ab illis expositi Religiosi pro sæcularibus audiendis, absoluere ab excommunicatione iuris, aut hominis generaliter lata & non specialiter alicui reseruata; satisque est in eo foro conscientiæ, præmitti satisfactionem partis, saltem iuratoriā (quia in foro conscientiæ credendum sit pœnitenti) si pœnitens aliam cōmodè dare nequeat.

8. Nauarrus [o] tamen putat in eo foro satis esse propositum pœnitentis; quia cautio Iuratoria capitis *Solet* [p] requiratur pro foro exteriori in casibus expressis; sicque limitat quod dicit alio loco. [q]

9. Obseruandum tamen, quod si quis nominatim à Iudice propinquo esset excommunicatus, tùm cauendū esse ab huiusmodi absolutione, ne præiudicetur parti, aut offendatur Or-

[n] *In compēd. Societat. ver. bo. absolut.* §. 5.

[o] *Cap. 27. n. 278. ad finē, & lib. 5. Cōsil. Cōsil 47. edit. poste. n. 2. tit. de sēt. excom.*

[p] *De sēt. excom. l 6.*

[q] *Cap 26. n 7.*

dinarius, dum illicitè perturbatur ordo Iuris.

Quidam tamen contēdunt, Absolu-,,tionem etiam iniustè datam per bul-,,lam sine partis satisfactione, valere, ,,& Polancus id probat: [r] quia priui-,,legium religionis, non addat satisfa-,,cta parte, quod pertinet ad monitionem de præcepto Iuris.

r In directorio.

10. Dum autem absoluit Confessor Regularis ab excommunicatione, potest absque ritu & alijs orationibus proferre solam formam, qua absoluat à censura; nec reuera in hoc opus est priuilegio speciali; quia Caput *A nobis* [s] agit de forma aut absolutione publica fori externi, vt bene adnotarunt Caietanus, [t] Polancus & Nauarrus. [u] Qui tamen eodem loco refert priuilegium speciale Leonis PP. X. quo concessit fratribus Ordinis Minorum, ne quando excommunicatos in foro conscientiæ absoluant, teneantur eos flagellare dicendo Psal. *Miserere*.

s 2. de sent. excom.

t Verbi absolutio cap. 4.

u Cap. 26. n. 8. & 9.

11. *Sextò*. Iidem Prælati Regulares, cū suis Regularibus priuilegiatis, præter absolutionem à Peccatis & Censu-

ris, possunt etiam commutare in rem ferè æqualem, vota omnia, excepto voto Vltramarino; hoc est in subsidium terræ sanctæ, & BB. Petri ac Pauli in alma Vrbe Sancti Iacobi in Compostella: Castitatis perpetuæ & Religionis: item S. Mariæ Lauretanæ, vt videre est in eius Historia scripta Romæ per R. Patrem Horatium Turselinum * Societatis IESV anno 1600. quod & expressè tradit Nauarrus quo dam in loco.

** Lib. 2. cap 16 fol. 129. pag. 1. circa mediũ. hist. B. Mariæ Laureta.*

Extenditur etiam hæc facultas ad commutanda similia iuramenta, quæ principaliter fiunt Deo, non tamen si cedant eorundem remissiones aut cõmutationes, in præiudicium tertij.

Septimò. Possunt ijdem commutare vota iurata, quæ ex duplici vinculo fiunt, suntque firmiora; & dispensare cum externis, in quadam censura, aut in pœnis Ecclesiasticis, sub quibus D D. quidam, dicunt comprehendi id genus irregularitatis, quę contrahitur ex merè pœna pro culpa, vt Conciliũ Tridentinum y vocat in irregularitate dispensare, puta quæ procedit ex publico concubinatu.

y Sess. 24. ca. 6. de reform.

12. *Octauò*. Prælati Ordinis Minimorum, & qui communicant illorum priuilegijs, ex indulto præsertim Sixti Papæ IV. ita possunt per seipsos ab occultis casibus absoluere, dispensareque in irregularitatibus omnibus, vt potest Episcopus per Concilium Trident.[z] circa clericos & laïcos sibi subiectos.

z Loco citato.
a Verb. Prælatus. § 3.
b Fol. 5 concess. 8.
c Verb. absol. quo ad saculares 1. § 19.
d In explicat. bullæ § 5 n. 141.

Claudius[a] tamen illud restringit, vt dispensent tantum cum subdito regulari; sed Supplementum,[b] Compendium Mendicantium,[c] & Frater Manuel,[d] extendunt, vt idem possint circa externos; hacque praxi vtuntur nostri Minimi Romæ in celeberrimo illo nostro Conuentu Sanctissimæ Trinitatis in monte Pincio, provt habetur in nostris priuilegijs,[e] quod & testatur Henriquez.[f]

e Folio 127.
f Lib. 7, de indulg. cap. 28. & in gloss. litera. L.

Qualiter igitur Episcopi dispensant quoties opus est in irregularitate, ex delicto tamen occulto, ita Iulius II. concessit etiam Canonicis Sancti Saluatoris, anno 1512. & Benedictus XIII. Hispanis, auctore Feliciano.[g]

g De priuilegijs cap. 14.

„ 13. *Nonò*. possunt ijdem Prælati, „dispensare cum suis subditis, in om-

,,ni irregularitate ſequuta, aut etiam ,,ante ingreſſum religionis contracta, ,,ob occiſionem iuſtam, aut iniuſtam; ,,& ob homicidium voluntarium, & ,,ob homicidium dubium.[h] Cum ho- ,,micida tamen voluntario, diſpēſant ,,citra altaris miniſterium, ex priuile- ,,gio Sixti IV. Carthuſienſi, vt referũt ,,Henriquez, Claudius & Compen- ,,dium Mendicantium.

Item addunt, quod poteſt Prouin- ,,cialis inter Patres Ieſuitas commit- ,,tere Superioribus pro tempore no- ,,minandis, vt Ieſuitas perſonaliter ,,abſoluant, & cum illis diſpenſent ,,pro foro conſcientiæ in omnibus ca- ,,ſibus nullo excepto.

In quo priuilegio putat præfatus ,,Henriquez, irregularitatem ex Bi- ,,gamia includi: at circa eam, quæ ,,procedit ex homicidio voluntario, ,,diſpenſat, vt dictum eſt, citra altaris ,,miniſterium;[i] dummodo non ſit no- ,,torium inter externos propter ſcan- ,,dalum, ſicut obſeruãt Henriquez & ,,Cordubēſis locis citatis, & Caſtro.[k] ,,Nauarrus[l] tamen videtur cõtrarius, ,,quia id non concedatur Epiſcopis

h *Claudius verbo. diſpẽſatio § 2.*

i *Claud. verb. abſolutio. § 10. & verb. diſpẽſatio. § 5. Compendiũ verb. abſol. quo ad fratres. § 40. & verbo diſpenſ. § 24. & vtrobique Cord in annot. & lib. de caſib. q. 34. fr. Manuel. in explicat. bull. cruciat. § 9. n. 129.*

k 2. *Lib. de lege pœn. ca. 2.*

l *Manuel. cap. 27. n. 240. in fine & 254. & lib. 5 Conſil. Conſ. 13. tit. de homici. n. 3. poſter. edit.*

m Sess 14. ca 7. de reform. & Sess. 24. cap. 6

n Verbo absolutio §. 6 & verb. dispensatio. §. 4.

o Verbo ab solutio extra ordinē quoad fratres.

p Locis citatis.

„in Concilio Tridentino; [m] nec verò „Sixtus IV. voluerit concedere Prælatis Regularib9; qua de re Claudius, „[n] nec Paulus III. Societati Iesv; aut „Eugenius, & Cœlestinus V. iuxta „Compendium Mendicantium.[o] Aduertunt tamen Henriquez & Cordubensis, [p] non abstulisse aut restrinxisse facultatem à Prædecessore „Pontifice cōcessam aliquando, nempe à Martino V. Benedictinis Hispaniæ.

14. *Decimò*. Potest Prouincialis, ac multo magis Generalis, item Vicarius vtriusque, committere Confessario regulari sibi subdito, vt dispenset cum coniugatis ad petendum debitum: hoc est, si subsequatur impedimentum affinitatis fornicariæ, ex priuilegio Pij V. Minoribus facto: Alexandri V. & Martini V. vt etiam declarauit Iulius II. Benedictinis anno 1503. & videre

q Fol. 46.

est in eorumdem compendio. [q] At si affinitas præcessit matrimonium, non concedit dispensare, vt reualidetur.

Idem Pius V. supplicante fratre Ioāne de Anguilera Commissario, concessit, vt si impediatur quis exigere de-

bitum, ob votum simplex continentiæ, dispensare valeant Minores, ex causa in eo effectu voti, vt illi liceat debitum exigere.

15. *Vndecimò*. Prælati & Confessarij Regulares, generaliter possunt dispensare cum externis, dum causa subest, non tantùm in votis peregrinationis citra duas dietas; hoc est leucas quatuordecim, sed & in omni voto Episcopis reseruato, ac consectariè, dispensare in voto paupertatis facto ante ingressum religionis, si vouens non recipiatur, aut recipi possit. Id enim posse Episcopum; id est, super huiusmodi voto dispensare, docet Nauarrus. r

16. Postremò. Tàm Prælati, quàm Confessores Regulares, ab Episcopo simulque à Superiore approbati, etiamsi non sint gradu Academiæ alicuius insigniti; hoc est, Doctores, aut Magistri, vel Graduati in Theologia, aut iure Canonico, possunt aperire breuia Apostolica clausa Sacræ Pœnitentiariæ, quæ committi solent Doctori aut Magistro in Theologia expedienda. Quod concessit Patribus Societatis IESV

r *Com. in ca. Non dicatis n. 18.*

Grego. Decimus tertius. Communicamus autem priuilegijs omnium Ordinum; hoc est, cuilibet Ordini Mendicanti aut non Mendicanti concessis: nosque Minimos in specie id etiam posse, mihi Romæ non pridem fuit resolutum.

Et id quidem meritò; quia, vt obseruauit Zerola [f] Concil. Trident. [t] ita censeat. Testaturque idem auctor, se vidisse ita practicari: alioqui (infit) in religionibus & Congregationibus vbi non fiunt, nec verò fieri possunt Magistri aut Doctores, eligi non possent ex illis Cõfessores pro tali effectu, quod non est dicendum. Sed mens Sacræ Pœnitẽtiariæ est, vt eligatur vir non tàm Doctor nomine, quàm reuera doctus & peritus. Et quia vt plurimum Doctores solent esse docti; ideò (ait) stilus Pœnitentiariæ ponit se in tuto.

f 2. Part. praxis Episcopu verb. pœnitẽtiarius.
t Sess 22. ca. 2. de refor.

17. Si quis verò impetret literas huiusmodi absolutorias aut dispensatorias à Sacra Pœnitentiaria in foro cõscientiæ, si præsentet illas alicui idoneo Confessori, easque acceptauerit & aperuerit, eo relicto, iam non potest

alium adire, etiam de consensu Prioris, ex eodem Zerola loco citato. quia nimirùm, vterque functus sit officio, vnus præsentando, & alter acceptando aperiẽdoque literas; & de stilo Pœnitentiariæ ordinario, quotidiano ac vetustissimo soleat poni illa clausula; *Quod data absolutione ab electo Cõfessario, literæ lacerentur ac dilaniẽtur sine testibus.*

18. Vt hînc videant quidam, vel præsumptuosi, vel saltem ignari Confessarij, quantum suo munere abutantur, qui habẽtes facultatem absoluendi in foro & pro foro poli siue conscientiæ tantũ, præsumunt tamen per se absolutis dare literas testimoniales absolutionis datæ cum expressione delicti, & nominis cognominisque pœnitentis absoluti, & cum sua subscriptione propria. Quod vt incongruum, haud dubiè meritò coërceri & castigari posset à Superioribus.

19. Quamquam nec ignoremus neque verò denegemus, Confessarios interdum ad petitionem pœnitentiũ, testimonium scriptum de absolutione illis impensa dare posse, quo con-

ſtare certò poſſit Epiſcopo, Vicario Generali, Archidiacono, vel Parocho, quod verè confeſſi & abſoluti in foro interiori fuerint, præceptoque Eccleſiæ ſatisfecerint. Idque ſub hac forma tantùm. *R. Dom. teſtor latorem vel latricem præſentis ſchedulæ, virtute commiſſionis mihi per veſtram Dom. traditæ; vel priuilegij mihi aut meo Ordini per Sedem Apoſtolicam conceſsi in Sacramentali Confeſſione audiuiſſe & abſoluiſſe hac die N an. Dom. N. &c.* abſque alia expreſſione alicuius delicti aut nominis vel cognominis pœnitentis.

20. Tùm quia, talis Sacramentalis abſolutio, etiam in Sacra Pœnitentiaria, vel per literas in ea emanatas, vel aliter generaliter vbilibet data, non ſuffragetur, neque verò ſuffragari poſſit quo-ad forum externum.

Tùm etiam, ſecundum Sarnenſem, [u] vt nullis literis teſtimonial. conceſſis, euitetur indè neceſſitas componendi, iuueturque forum externum. Tùm denique ex Nauarro, [x] ne ſecreta peccata, ad quæ occultanda omninò tenetur quilibet Confeſſarius de iure diuino & naturali, de quibuſc[...]e occultandis

[u] *Quoli. 14. in regul. de nõ iudicãdo secũ. supplication.*

[x] *In compẽdio omnium oper. verbo litera.*

tandis grauissimum iuramentum præstatur in sacræ pœnitentiariæ Prætorio, in infamiam eorum pro quibus fiunt literæ, vel fortè in aliorum scandalum reuelentur & manifesta, vel manifestiora fiant.

21. Possunt insuper Confessores „virtute literarum pœnitentiariȩ, vel „Iubilæorum, in quibus conceditur „vt absolutionē ab excommunicatio„ne, vel dispensationem super irregu„laritate dare possint *satisfacta parte*; „possunt inquam, ad petitionem pœ„nitentis fidem facere, de absolutio„ne per eos data in foro interiori ab „excommunicatione, aut de dispen„satione super irregularitate per sche„dulam priuatam. Idque multum ex„pedire, docet testaturque Nauarrus „[x] ad euitandam pœnam, quȩ posset „imponi excommunicato sic absolu„to in exteriori, propter cōtemptum „excommunicationis vel legis, curā„do, vt Confessarius sic absoluens co„ram notario & testibus, tradat ei „schedulam clausam & signatam, dis„cendo quòd ipse absoluit illum con„fessum eo modo, & de eo, quod con-

Nauar. lib. 5. Consil tit. de sent. excō. Consil. 47. n. 3. & 4. edit. Poster. Lug.

x Lib 2. tit. de præsumptioni. Cōsil. 3 per totum.

„tinetur in ea: Notarius autem in dor-
„so eius scribat, quòd tali anno, men-
„se, & die rogatus fuit coram testibus
„talibus à tali Confessario, & absolu-
„to, vt eiusdem rei fidem faceret, &
„poneret ibi suum signum publicum
„eo modo, quo in testamento in scri-
„ptis facto & clauso iure fieri debet,
fierique consueuit.

Quod longè cautiùs arbitratur Nauar. quàm id, quod refert consultum fuisse à viro quodam perdocto; videlicet vt Notarius duceretur ad Confessarium, qui coram eo & testibus absolueret: quãdo videlicet iubilæus, aut bulla id permittit satisfacta parte & non inter quia id cum periculo publicandi secreta fieret: cautius item, quã id, nempe quod Cõfessarius faciat fidem per suam schedulã tantùm: quoniam licet vtrumque deffendi posset ad id sufficere, per caput *Testimonium* iũcta glossa* opponi tamen possit, vel subscriptionem non esse illius confessarij, maximè si esset mortuus; vel quod illa non fuerit data eo tempore, quo in ea dicitur.

*De testibus.

22. Testimonio ita absolutis dato à

Pœnitentiario, vel ab ijs, qui solum in foro conscientiæ ex eius, vel alicuius alterius Superioris legitimi, vel Iubilæi facultate absoluūt, absque vllo peccato possēt iudices exterioris fori dissimulare se nescire peccata illa, vel excommunicationes, quarum absolutiones ostenderentur eis factæ, quo ad forum conscientiæ tantum ad effectū dimittendi illos impunitos, ex suo tātùm officio, sine vllo tamē præiudicio publico vel priuato, vt cessante aduersario, aut eo satisfacto, dissimulādo & habendo se cum taliter absolutis, ac si non essent ligati: non autem si procederent ad instantiam partis, vel Fisci pro suo priuato vel publico interesse: tùm enim, cum prædictis dissimulando peccarent, iniustum quo ad forum exterius, admittentes contra legem ius pluribus.

Nauar. de præsumpti. lib. 2. iuxta editionē posteriorē lug. n. 4. Cōsil. 4.

Hæc autem omnia, de Episcoporū, Abbatum, prælatorumque Regulariū & Abbatissarum Potestate & priuilegijs scribentes, in illis nihil à nobis assertum dictum ve volumus, quod Sāctæ Matris Ecclesiæ Apostolicæ & Romanæ Doctrinæ aut Decretis ad-

De instit. & iur. & leg. si. licitas. §. veritas ff. de officio præsid.

uersetur, sed piè ac Catholicè omnia infallibili eius iudicio & Censuræ, cũ omni humilitate lubẽtissimóque animo submittimus.

Deo Optimo Maximo qui incipere dedit, ac tandem perficere, æterna Laus.

FINIS.



INDEX RERVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTUR SCITU DIGNARUM.

A

INDEX.

B

E

L

C

E

bente

FINIS.



SVMMA PRIVILEGII Christianissimi Regis.



Autum est authoritate Regis, ne quis in suo regno Franciæ, alijsve locis suæ ditioni subiectis, *VEN. PATRIS Stephani d'Aluin Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, de Potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum tractatum, in hac secunda editione paulo antequam vita cederet auctum & emendatum*, absque Sebastiani Cramoisy Bibliopolæ Parisiensis Iurati permissu, intra decennium imprimat aut diuendat publicationis exemplarium, si quis secus fecerit, mulcta indicta pro vt amplius in ipso diplomate continetur. Lutetiæ Parisiorum. 7. Februarij. 1614.

Sic signatum.

De Mandato Regis.

DE VABRES.


LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA -
1971